PRO M. FONTEIO
M. Tullii Ciceronis Oratio: Cum F. Syluii Ambiani Commentariis.



Vænundantur Parrhiſiis in Officina Aſcenſiana, ſub Priuilegio ſequenti.

Franciſcus Syluius Stephano Fontio Lugdunēo.

PER hos dies Commentarios in orationem M. Ciceronis pro M. Fonteio repetundarum reo, a me ſcriptos vt tibi nuncuparem, quum nominis ſimilitudo, tum maxime familiaritas atq; amicitia, quæ permultis abhinc annis mihi tecum eſt, fecit. Neq; vero minoris propterea munuſculum facies, ꝙ integra oratio non ſit, ꝙ principio careat, ꝙ in medio trunca ſit & mutila. Vſu enim ſæpe venit, vt amiſſæ rei cariſſimæ, partem receptam cariorem habeamus, eamq́; cuſtodiamus diligentius, q̄ ſi rem totam haberemus: vt quæ mater alterum ex filiis negligenter diligebat, hunc altero amiſſo colit maxime, vt in eum ab altero amor transfuſus eſſe videatur. Q̃q̄ autem oratio integra non eſt, in ea tamen legenda ſtudio adoleſcentes, quorum ad vtilitatem hos Commentarios ſcripſimus, operam ſuam male collocatam ne arbitrentur. Illud enim ſæpe fecerunt veteres vt etiam aliquarum orationis partium lectione contenti eſſent. Itaq; L. Craſſus partes quaſdam orationis eius, qua Liciniam Veſtalem defendit ſcriptas authore Cicerone reliquit. Idem Cicero perorationem C. Galbæ, quæ extabat tanto in honore fuiſſe dicit, vt eam ipſe puer ediſceret. In hac oratione inutile non ſit legere communem illum locum, quo probat non licere iudicibus in ferenda ſententia, vt ſemper accuſatori & teſtibus credant. Proſit ratio: qua oſtendit non oportere credi teſtibus iratis, cupidis, a religione remotis. Ratio mouendi affectus, quę in concluſione perſcripta eſt, diſcentibus ſit vtiliſſima. Quod igitur ad communem iuuentutis vtilitatem nomine tuo edimus, id benigne accipe. Vale. Pariſiis e ſchola Tornaca. No. Ianuarii. Anno ad calculum Romanum. M.D.XXX.

Tenor Priuilegii his quoq; Commentariis conceſſi.

CAutum eſt auctoritate ſubregia ne quiſq̄ Commentarios Franciſci Syluii Ambiani, editos aut edendos, triennio poſt primam impreſſionem, aut recognitionem, rurſus imprimere audeat, aut aliubi impreſſos diuendere ſub pœna confiſcationis librorum impreſſorum & arbitraria: præter eum cui eos commiſerit imprimendos. Commiſit autem hos & plures alios Iodoco Badio Aſcenſio: tradito illi diplomate ſignato manu C. V. Pariſieñ. Præpoſiti,

De la Barre.

¶Tabella rerum & verborum inſignium in Commentariis F. Syluii Ambiani, in Orationis fragmentum M. Tullii Ciceronis pro M. Fonteio, ad feriem literariam collecta.

AFrania prænomine Caia,xix.
Age inferte 18.
Allobroges & Aruerni vi-ⅽti.iii.&.xiiii.
Allobrogicus Fabius.14.
Aquilinas.xv.
Arripere.viii.
Arueini & Allobroges victi.iii.&.xiiii.
Aſculum.xvi.
BElgæ.ix.
Belligerare.xiii.
Bellum funeſtum.11.
Bellum Italicum.xvi.
Belli Italici quanta fuerit pernicies.xviii.
Bigatus nummus.vi.
Bituitus.xiiii.
Braccha & galli Bracchati.xii.
Brennus Gallorum dux, & eius facinora.x.
Brutus accuſator.xv.
CAia Afrania.xix.
Coactores pecuniæ q sunt,& quid cogere pecuniam.vi.
Cogere Senatum. ibidem.
Cognoſcere.4.
Commouere ſeu mouere nummum.ii.
Conferre.iii.
Conſcius & Conſcientia quid ſint.v.
Conſenſio.4.
Conſumere operam, ociū aut diem.ii.
Contemnere hoſtem.14.
Cotta.xv. Craſſus.viii.
Credendum non eſſe irato.iiii.
Credendum non eſſe teſti inimico.ix.
Crimen vinarium.vi.
Crimen ſuſcipere.xiii.
DAre negocium.5.
Deficit me tp̄s.13.
Delphi in medio terrarum ſunt ſiti, & illic delphicū tēplum.x.
De⁹ inuocādus eſt, & ab eo principiū ſumēdū eſt.x.
Dicere ſententiam.xiii.
Domitia via.v.
Domus funeſta xi.
ELoquentia Gracchi quanta fuerit.16.
Excitare ab iferis.13.
Excitare feras,teſtes,lectores &c.xiii.
Excitare ſuſpitionē. ibidē.
Exercitus & exercitatus q dicuntur.xvii.
Exorare pacem.x.
Expoſcere pacem.ibidem.
Exquirere pacem. ibidem.
FAbius cognomento Allobrogicus.xiiii
Facere verſuram.i.
Facere quæſtum.v.
Facinus in ſe ſuſcipe quid ſit.xiii.
Fatum funeſtum.xi.
Ferre ſententiam.xiii.
Fides dea.xi.
Fides iterum.xix.
Fimbria.viii.
Firma præſidia.xviii.
Fœmina in foro.xix.
Fonteius.xvi.
Fortunam trahere.xiii.
Frater pro ſororis marito: & Germanus frater qui ſit.xix.
Fraudem ſuſcipere.13.
Frugalitas.xvi.
Frugi agnomento L. Piſo.ibidem.
Funeſta, vt domus,fatum, bellum.xi.
Funeſtare.ibidem.
GAlli a quibus dicūtur religioſi.xi.
Galli immolabant olim homines. ibidem.
Galli bracchati.xii.
Gemitum ſuſcipere.xiii.
Germanus frater.xix.
Gracchi eloquentia.xvi.
Gratuito.xvi.
Gratuitus.ibidem.
HYbernare & Hyemare.v.
Homines immolare ſolebant Galli,& quibus aliis immolādi homines fuerit religio.xi.
Hoſtē cōtemnere.xiiii.
IGnis Veſtalis nō extinguendus.xix.
Ignominiā ſuſcipere.13.
Imbuere etiam in mala reſo.xvi.
Immunis.v.
Imponere onus.v.
Imponere vectigal, leges, iniurias,ac plagas,& ſimilia.vi.
Induciomarus.ix.
Inexercitatus.xvii.

Inceſtus.xviii.
Inimico teſti non eſſe credendum.ix.
Iniurias imponere.vi.
Inuocandus eſt Deus in principio actionum.x.
Inſectari miſeros.ix.
Inſitum.xii.
Intereſſe in re & intereſſe rei.iii.
Irato credendum non eſſe.iiii
Italicum bellum.xvi.
Iudicandum non eſſe ſecundum allegata.vii.
Iudices quibus ſint ordinibus.xi.
Iudices & teſtes iurabant in leges.xi.
Iuppiter lapis.xi.
Iurabãt olim in leges iudices & teſtes.xi.
Laudatio, & legati cũ laudatione ad iudicium miſſi.4.
Leges imponere.vi.
Libido.xiii.
L.Craſſus.viii.
L.Cotta.xv.
Maledicta.xiiii.
Maſſilia fidelis ſemper Romanis.3.
Memmius.viii.
Mercenarii, vt milites, comites, teſtes, patroni & ſimiles.xii.
Miles mercenarius.xii.
Miſeros inſectari.ix.
Mori in acie ꝑ patria pulchrum eſt.xx.
Negocium dare.v.
Nemo pro null⁹ acceptum.xviii.
Nũmum commoueri. ii.
Nũmus victoriatus, bigatus quadrigatus.vi.
Nũmularii iudices.xii.
Obſoleſcere.xvii.
Obſoletus veſtitus & ſimilia, ibidem.
Onus imponere.v.
Operam, ocium, aut diem conſumere.ii.
Operam ponere.ibidem.
Ordines e quibus iudices creandi erant.ix.
Pacem & veniam petũt. Et pacẽ expoſcere exorare & exquirere qd ſignificẽt.x.
Pace tua.x.
Pace deum.ibidem.
Pecuniam cogere.vi.
Piſo agnomine frugi. folio.xvi.
Plagas imponere.vi.
Pompeius Q.viii.
Ponere operam.ii.
Portorium.vi.bis.
Poteſtas.xv.
Præſidia firma.xviii.
Principiũ a deo ſumi debet.x.
P.Rutilius.xv.
Pulchrum & decorũ eſt in acie pro patria cadere ſeu mori.iii.
Quadrigat⁹ nũm⁹.6.
Quæſitor.vii.
Quæſtum facere.5
Q.Pompeius.8.
Rei intereſſe & intereſſe in re.iii.
Religioſi Galli. xi.
Religio quibus erat imolandi homines.xi.
Romanorum ſeu ab Ro. poſita trophea.iii.
Rutilius.xv.
Sagum & ſagula Gallorum.xii.
Sagula virgata. ibidẽ.
Senatum cogere.vi.
Sententiam ferre aut dicere.xiii.
Soluere verſuram.i.
Subſcriptor.xiiii.
Suſcipere ignominiã, dolorem, gemitum, fraudẽ & crimen.xiii.
Suſcipe in ſe facin⁹, ibidẽ.
Tabulæ vnæ.ii.
Tẽpus me deficit.x.
Teſti inimico non eſſe credendum.ix.
Teſtes iurabant in leges per Iouem.xi.
Teſtes mercenarii.xii.
Trahere & Trahere ꝑ terram.viii.
Trophea ab Romanis poſita ſeu erecta.iii.
Vacatio.v.
Vectigal iponere.6
Veniam petere & quid ſit. Venia.x.
Venia tua.ibidem.
Verſuram facere.i.
Verſuram ſoluere.ibidem.
Veſtalis virgo.xix.
Veſtalis ignis.ibidem.
Via domitia.v.
Viatores.xvi.
Victorianus nummus.vi.
Vinarium crimen.vi.
Vnæ tabulæ.ii.
Virgata ſagula.xii.

FINIS.

Francisci Syluii Ambiani in Fragmentum Orationis M.Tullii Ciceronis pro M.Fonteio, Argumentum.

MARcus Fonteius Prætor partem Galliæ eam in qua
erant Allobroges & Aruerni,triennium adminiſtra
uit:ex qua prouincia poſtq̃ deceſſit,legationem Gal
li Romam decreuerunt,q̃ de Fonteio quereretur.M.
Pletorius accuſator,& M.Fabius Sanga ſubſcriptor
conſtituti ſunt. Hi Fonteio Prætore Galliam ære alieno oppreſ-
ſam eſſe,ꝙ inde grandem pecuniam exegiſſet, ex viarum munitio
ne Gallis imperata magnum quæſtum feciſſe Fonteium,nouum vi
ni portorium eundem inſtituiſſe dixerunt.Id vt probarent,Gallorũ
teſtimonio vſi ſunt.Hęc Cicero refutans probat iudicibus ex teſti-
moniis ferendam ſemper non eſſe ſententiam:docetq́,Gallorũ Fon
teio iratorum,ex eiusq́ damnatione prope immunitatem & liberta
tem ſperantium,nec vlla religione obligatorum,teſtimoniis contra
Fonteium non eſſe credendum: ſed Narbonenſium,Maſſilienſium,
ciuium Romanorum qui ibi negociabantur, hominũq́ honeſtiſſi-
morum pro Fonteio teſtimonia anteponenda. Contemnendas eſſe
Gallos oſtendit minantes nouum quoddam bellum Gallicum, niſi
Fonteius damnetur:nec propter id damnãdum eſſe Fonteium,q̃uis
eſſet nocentiſſimus,quem ita integrum eſſe atq́ innocentem oſten
dit,vt in duab⁹ in eum actionibus ne maledictum quidem ante actę
vitę in eum ab aduerſariis obiectum ſit.In peroratione docet Fon
teium propter generis antiquitatem,maiorum claritatem, patris
ab Aſculanis interfecti recentem memoriam, & propter innocen-
tiam eius integritatemq́ & ſummam in re militari virtutem,indu
ſtriam,felicitatem in vrbe retinendum,amicisq́ reddendum poti-
us q̃ hoſtibus dedendum:idq́ e Rep.eſſe oſtendit, ꝙ permultis bello
rum ducibus amiſſis,pauci reliqui ſint qui poſſunt ducere exercitus.
A Fonteii matre & ſorore Veſtali, ipſiusq́ Fonteii lachrymis ne
ignominiam ſuis æternam relinquat metuentis, Iudicum miſeri
cordiam commouet. Oratio iudicialis eſt,ſtatus coniecturalis.

M. TVLLII CICERONIS PRO M. FONTEIO ORATIO, IN QVA DESIDERANTVR PERMVLTA.

Hoc Prętore oppreſſam eſſe ęre alieno Galliam. A quibus verſuras tantarũ pecuniarũ factas eſſe dicunt? a Gallis? nihil minus. A quibus igitur? a ciuibus Romanis, qui negociãtur in Gallia? Cur eorũ verba nõ audimus? cur eorũ tabulę nullę proferuntur? Inſector vltro, atq; inſto accuſatori Iudices: inſector inquã, ac flagito teſtis. Plus ego in hac cauſa laboris & operæ cõſumo, in poſcẽdis teſtibus, q̃ cęteri defenſores in refutãdis. Audacter hoc dico Iudices, nõ temere confirmo. Referta Gallia negociatorũ eſt, plena ciuiũ Ro. Nemo Gallorũ ſine ciue Ro. quicq̃ negocii gerit: nũmus in Gallia nullus ſine ciuiũ Ro. tabulis commouetur. Videte quo deſcendã Iudices, q̃ longe videar a conſuetudine mea, & cautione, ac diligentia diſcedere.

Inſector.

F. Syluii in dictum fragmentum Commentarii.

❡ A quibus verſurã.) Verſurã facere eſt mutuã pecuniã ſumere. ex eo dictum eſt, ꝙ initio qui mutuabãtur ab aliis, nõ vt domũ ferrẽt mutuabãtur, ſed vt aliis ſoluerẽt, velut verterẽt creditorẽ. Author eſt Sex. Põpeius. Dicimus aũt verſurã a Gallis facere, vt mutuã a Gallis pecuniã accipere, vt in actione in Verrẽ. 4. Inſpiciebamus Syracuſis a Carpinatio cõfectas tabulas ſocietatis, quę ſignificabãt multis nominibus eos homines verſurã a Carpinatio feciſſe, qui pecuniã Verri dediſſent. Hęc aũt pecunię mutuatio ab eodẽ Cicerone pro L. Flacco verſura dicitur. In ęrario, inquit, nihil habẽt ciuitates, nihil in vectigalibus. Duę rationes cõficiẽdę pecunię aut verſura aut tributo. Nec tabulæ creditoris proferũtur, nec tributi cõfectio vlla recitat̃. Idẽ in ll. Tuſculanarũ q̃ ſti. 1. vtrũq; mutuationẽ & verſurã dixit, tãq̃ id diſtẽt, vt verſura ſit creditoris mutatio. Ego, inqt, illi maximã gratiã habeo, q me ea pœna multauerit quã ſine mutatiõe & ſine verſura poſſem diſſoluere. Authore Donato verſurã facere dicit̃ is q ęs alienũ ex aere alieno ſoluit. Dicit̃ etiã q minore fœnore acceptã pecuniã pecunia maiore fœnore accepta diſſoluit. Verſurã ſoluere Terẽti⁹ dicit ĩ Phormiõe, Verſurã ſolues Geta, inqt, p̃ſens qđ fuerat malũ, in diẽ abiit,

Verſuram facere.

Soluere verſuram

Dicũt.) aduerſarij ſcilicet. A.Gallis &c.) Argumẽtũ ex remotiõe eſt. Nã ſi ęre alieno oppreſſa Gallia eſt, ea mutuatitia pecunia a Gallis aut a ciuibus Ro. q in Gallia negociant̃, ſumpta eſt: ſed nec ab his, aut ab illis relinquit̃. igit̃ eã Fõteio Prętore ęre alieno oppſſam nõ eſſe. Qui negociant̃ in Gallia.) Solebãt Romani in ꝓuincijs ſuis negociari. Tabulę nullę.) Qui.n.pecuniã dãt mutuã, ij tabulas ſolẽt accipe, creditę pecunię teſtes, quas obligationes vulgo appellãt. Plus ego in hac cauſa laboris.) Vt in defenſione q̃ in accuſatione, ita i refutãdis teſtib⁹ q̃ in poſtulãdis plus laboris eſt. Plus laboris & opę cõſumo) .i. plus laboro. Cõſumere operã & laborẽ dicit laborare & dare operã. vt Cicero in lib. de Officijs .2. dicit ponere operã. Mirent̃, inqt, in ea tantũ me opę & tpis ponere. Idẽ in lib. de Oratore .1. cõſumere ociũ dicit .i. ocij exercitãdi cauſa aliquid agere, qd vulgo dicũt tranſire tempus. De his, inquit, rebus omnibus in ... lis cõſumẽdi ocij cauſa diſſerãt. Conſumere diem Seruius Sulpitius li. epiſtolarum familiarium Ciceronis quarto dicit, pro eo qd tranſire diẽ vulgo dicũt. Ibi, inquit, Marcellũ collegã noſtrum conueni, eũq; diem ibi conſumpſi, vt cũ eo eſſem. Audacter hoc dico) qd ſequit̃ ſcilicet. non temere) .i. nõ imprudenter, nõ ſine cauſa. Cõfirmo) .i. affirmo. Nemo Gallorũ) .i. nullus Gallus. Pro nullo eñ ſępe nemo ponit̃, vt poſtea dicemus. Sine ciue Romano.) Antiqua illa cũ his cõparare licet, quo hic locus facilior intellectu ſit. Vt paruus ignis ꝓpe maiorẽ acceſus nihil ꝓficit, ita ruſtici minorę alicuius & copioſę vrbis atq; celebris accolę, pauperes ſunt nihil fere negocij ſine eius vrbis ciuibus gerũt: his vendũt, ab his verſurã faciũt, his nomina & tabulas conficiunt. eodẽ modo Galli illi ꝑlijs multis a Romanis attriti, bonis ſpoliati, agro multati, ideo q; tenuiores facti nihil ſine ciue Romano quicq̃ negocij gerebãt. Si igit̃ pecuniã Fonteius Gallis imperaſſet, eã Galli a Romanis negociatorib⁹ mutuam accepiſſent. Itaq; illud poſtea dicit, Nummus in Gallia nullus ſine ciuium Romanorũ tabulis commouetur. Si qui enim ab Imperatore numus a Gallis exigit̃, oportet Gallos eũ numũ a ciuib⁹ Ro. accipere, ideoq; tabulas conficere. Nam cõmouere numũ eſt exigere, ł, vt vulgo dicũt, leuare pecuniã. In qua re ꝓ ſimplex verbũ mouere numũ Cicero dixit ꝓ L. Flacco. Dicũt, inqt, ſe Flacco, & ijs q ſimul eſſent, drachmarum .xv. millia dediſſe. Cum ciuitate mihi res eſt acerrima & cõficiẽtiſſima literarũ, in qua num⁹ moueri nullus poteſt, ſine quinq; Prętoribus, tribus Quęſtorib⁹, quatuor Menſarijs, qui apud illos a populo creantur. Videte quo deſcendam iudices.) Quintilianus lib. 6. vbi de altercatione præcipit, multi conſilij atq; artis eſſe dicit diſſimulare nos habere probationes: Tum enim aduerſarij inſtant, & ſæpe diſcrimen omne committunt .i. velle ſe cadere cauſa dicũt: probemus propterea q eas nobis probationes deeſſe putant. Qua ratione faciunt probationibus noſtris authoritatem poſtulando. Poſſet igit̃ diſſimulare accuſator Pletorius ſe habere probatiões. Inſectatur Cicero atq; inſtat accuſatori, omne diſcrimen committit, quũ vere accuſatum Fonteiũ ſe conceſſurum pollicetur, ſi vnæ tabulę, ſi vnus ex toto negociatorũ, colonorum, publicanorũ aratorũ, pecuariorũ numero teſtis cõtra Fonteiũ ꝓducat̃. Cautione.) Id.n. cauere ſoleo, ne oẽ cauſę diſcrimẽ cõmittã,

Conſumere operam, diem

Ponere operam.

Nemo.

Cõmouẽre numũ & mouere

Vnæ tabulæ. Vnæ tabulæ profeтantur, in quibus veſtigium ſit aliquod quod ſignificet pecuniam Fonteio datã: vnum ex toto negociatorum, colonorum, publicanorum, aratorum, pecuariorum, numero teſtem producant: vere accuſatũ eſſe concedam. Prò dii immortales, quæ eſt hęc cauſa? quę defenſio? Prouinciæ Galliç M. Fonteius pfuit: quæ cõſtat ex his generib⁹ hominum & ciuitatum, qui (vt vetera mittam) partim noſtra memoria, bella cum Populo Ro. acerba ac diuturna gesserunt: partim modo ab noſtris Imperatorib⁹ ſubacti, modo bello domiti, modo triumphis ac monimẽtis notati, modo ab ſenatu agris vrbibusq; mulctati ſunt: partim qui cum ipſo M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt, multoq; eius ſudore ac labore ſub Populi Ro. imperium ditionemq; ceciderunt. Eſt in eadẽ prouincia Narbo Martius, colonia noſtrorum ciuiũ, ſpecula Populi Ro. ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum & obiectũ. Eſt item vrbs Maſſilia, de qua ante dixi, fortiſſimorũ fideliſſimorumq; ſociorum, qui Gallicorum bellorũ pericula populi Ro. copiis remisq; †populſarunt. Eſt pręterea numerus ciuiũ Ro. atq; hominũ honeſtiſſimorũ. Huic prouinciæ, quæ ex hac †gentiũ varietate conſtaret, M. Fõteius (vt dixi) præfuit: qui erãt hoſtes, ſubegit: qui proximi fuerãt, eos ex iis agris, quib⁹ erãt mulctati, decedere coegit. Cæteris, qui idcirco magnis ſæpe erant bellis ſuperati, vt ſemper Populo Ro. parerent, magnos equitatus ad ea bella, quæ tum in toto orbe terrarum a Pop. Ro. gerebantur: magnas pecunias, ad eorum ſtipendiũ, maximum frumenti numerũ ad Hiſpanienſe bellum tolerãdum, imperauit.

[Margin: Narbo Martius. Ceciderũt ſub ditionem. †compẽſarunt †generũ]

Tabulæ. Vnę tabulę) Tabulas i hac re tãtum in numero plurali dicim⁹. Negociatorũ) ciuiũ Ro. q in Gallia negociabãt. Colonorũ.) Narbonenſiũ. Publicanorũ) Publicani aratores pecuarii q ſint alibi ſcribim⁹. Vere accuſatũ) .i. iuſta cauſa. Vt vetera mittã) vt bellũ Senonicũ. Partim noſtra memoria) Paulo anteq

naſcereť Cicero,& Ciceronis ętate multa Gallis cũ Romanis bella fuerũt. Fuluius eñ Flaccus Ciſalpinos Ligures bello domuit. Domitius & Fabius Allobroges & Aruernos vt poſtea dicemus ſuperauerũt. C.Martius Saruios Alpinã gentẽ expũgnauit. L.Caſſius Coſ.a Tigurinis Gallis in finib⁹ Allobrogũ, cũ exercitu cęſus eſt. Author eſt T.Liuius. Cimbros pͥterea & Theutonos, quibuſcũ acerba & diuturna bella pop.Ro.fuerũt, Gallos fuiſſe L.Florus ſcribit.

Modo triũphis &c.) Scribit L.Florus lib.3. Domitiũ & Fabiũ ſupatis Allobrogibus & Aruernis in iis ipſis locis, vbi cũ Gallis pugnatũ erat, ſaxeas turres erexiſſe, deſupq; exornata armis hoſtilib⁹ trophea erexiſſe, q̃uis Romanis is mos inuſitat⁹ foret: qui hoſtib⁹ domitis victoriã nunq̃ exprobrauerũt. Quũ aũt id paulo ante Ciceronis ętatẽ geſtũ fuerit, mõ ꝑ alias, nõ ꝑ nũc, hic repeti arbitror. Agris vrbibuſq; multati.) Quos Romani bello ſupauerãt, eos in cõponẽdo fœdere agris vrbibuſq; pſępe multabãt. Cõtulerũt) cõſeruerunt & pugnauerũt vt in lib.æneí.7. Quib⁹ acer Eryx in pͥlia ſuet⁹ Ferre manũ. Eſt in eadẽ ꝓuincia.) A natura animi ꝓbat credẽdũ eſſe poti⁹ de Fõteii cauſa colonis Narbonẽſib⁹, ſociis & amicis Maſſiliẽſib⁹, ciuib⁹ Ro.q tũ in Gallia negociati ſunt, atq; hoĩb⁹ honeſtiſſimis: q̃ Gallis iratis, q; victi, q; agro vrbibusque multati, q; ſibi eqtat⁹, pecunia, & magnus frumẽti numer⁹ impatus ſit. Narbo Martius.) Anno ab vrbe cõdita. DCXXXIII. paulo poſt bellũ Allobrogicũ, paulo anteq̃ Cicero naſcereť, Narbo Martius deducta colonia eſt M.Porcio Catone & Q.Martio Rege Coſſ. vt ait Eutropi⁹ lib.4. Idẽ fere ſcribit Paterculus. Plini⁹ cap.4. libri.3. ſcribit Narbonẽ Martiũ decumanorũ coloniã eſſe. Volaterranus lib.7. cauſam dicit, q; decẽ legionũ milites in eã deducti ſint. Cui⁹ in ſentẽtiã vt diſcedã idẽ Plini⁹ facit, q in eodẽ capite Arelatã ſextanorũ, Bliteras ſeptumanoꝝ, Arauſionẽ ſecũdanorũ colonias eẽ ſcribit, eadẽ dicẽdi rõne.

Allobroges & Aruerni victi.

Trophæa a Romanis poſita.

Conferre manus.

Narbo Martius.

Specula Pop.Ro.) Vti e ſpecula hoſtiũ aduẽt⁹ ꝓſpicit, ita e Narbone Gallicus tumult⁹, ſi qs erat, ꝓuidebať. Fideliſſimorũ.) Quãtũ fidelis po.Ro. Maſſilia fuerit, Cicero ipſe in lib.de Officiis.2. ſcribit, Portari, inqt, in triũpho Maſſiliã vidimus, & ex ea vrbe triũphari, ſine qua noſtri nũq̃ Impatores ex Trãſalpinis bellis triũpharũt. Qui Gallicorũ bellorũ.) Quũ Maſſiliẽſiũ fines Falanii Galli popularẽt, aduerſus eos Romani Maſſiliẽſib⁹ auxiliũ miſerũt, vt ait T.Liui⁹ lib.60. Authore L.Floro lib.3. Sallyi Gallorũ Ciſalpinorũ primi arma Romanorũ ſenſerũt, quũ de incurſionib⁹ eorũ fideliſſima atq; amiciſſima ciuitas Maſſilia q̃reretur. Remiſciſq;) Remiſq; in codicib⁹ aliis legiť. idq; melius, mea q̃dẽ ſentẽtia, quũ remiſcis nihil hoc loco ſignificare videať. Cõpẽſarũt.) Quid, ſi cõpulſarunt aut repulſarũt legas? Hoĩm honeſtiſſimorũ) vt exercituũ Romanorũ q in duab⁹ Hiſpaniis erãt, vt Impatorũ, vt Equitũ, vt Tribunoꝝ militũ, vt Legatoꝝ ad eos exercit⁹: vt Põpeii, qui in Gallia tum hyemauit, vt paulo poſt dicet. Qui ꝓximi fuerãt).i.q nouiſſime hoſtes domiti fuerant, ante eos q tum in prouincia erãt, quum in eã Fõteius venit. Cęteris) q antea hoſtes fuerant. Vt ſemper pop.Ro.parerẽt.).i. vt impio grauiore preſſi, & diuitiis magis attenuati parerẽt, nec repugnarẽt. Magnos equitatus.) Nam equitatu Gallia ſemꝑ valuiſſe credita eſt. Quę in toto orbe terrarũ.) Multis

Maſſilia fideliſſimorum.

in locis tum po. Ro. bella gerebat. in Thracia cũ Dardanis, in Aſia cũ Mithri date, in Cilicia cum piratis, in Hiſpania cũ Sertorio, in Italia cum fugitiuis. Ad eorum) equitum. Maximum frumenti numerum.) Numerum frumẽti a Cicerone ſæpedici alibi ſcribimus. Hiſpanienſe) quod cum Sertorio in Hiſpania gerebatur. Tolerandum) id eſt ſuſtinendum. Imperauit equitatum, pecuniam & frumentum) id eſt imperauit vt hæc Galli traderent. De hoc dicendi genere alibi ſcripſimus.

Is hæc qui geſſit, in iudicium vocatur: vos, qui in re non interfuiſtis, cauſam vna cũ pop. Rom. cognoſcitis. Dicũt contra, quibus inuitiſſimis imperatum eſt: dicunt, qui ex agris ex Cn. Pompeii decreto decedere ſunt coacti: dicunt, qui ex bello, cæde, & fuga, nunc primum audẽt contra M. Fonteium inermem conſiſtere. Quid coloni Narbonẽſes? quid volunt? quid exiſtimant? Hunc per vos volunt, ſe per hunc incolumes exiſtimant eſſe. Quid Maſſilienſium ciuitas? hunc præſentem iis affecit honorib9, quos habuit ampliſſimos. Vos autem abſens orat atq; obſecrat, vt ſua religio, laudatio, auctoritas, aliqd apud veſtros animos momenti habuiſſe videatur. Quid? ciuium Rom. quæ voluntas eſt? Nemo eſt ex tanto numero, quin hunc optime de prouincia, de imperio, de ſociis, & ciuib9 meritum eſſe arbitretur. Quoniã igitur videtis qui oppugnẽt M. Fonteiũ, cognoſcitis qui defenſum velint: ſtatuite nunc, quid veſtra æquitas, quid pop. Rom. dignitas poſtulet: vtrum colonis veſtris, negociatoribus veſtris, amiciſſimis atq; antiquiſſimis ſociis, & credere & conſulere malitis: an his, quibus neq; propter iracundiam fidem, neq; propter infidelitatem honorem habere debetis. Quid ſi maiorem etiam hominũ honeſtiſſimorum copiam affert, qui huius virtuti atq; innocentiæ teſtimonio poſſint eſſe? tamen ne plus Gallorũ conſenſio valebit, q̃ ſumma anctoritas omnium?

Is hęc q geſſit) Indignitatẽ cauſę oſtendit, ꝙ accuſet is qui de imperio Ro. merit9 optime ſit: ꝙ Iudices nõ affuerit, ideoq; nihil pter auditũ habeãt, ꝙ ...

cuſatores & teſtes reo irati maxime infeſtiq; ſint. In ré nõ interfuiſſetis)In re interfuiſſetis dici attendendũ eſt.Nã rei intereſſe dici ſolet.Cice.lib.Epiſtolaꝝ familiariũ.i. De omnibus rebus,quę ad te pertinẽt,quid actũ,quid cõſtitutum ſit,quid Põpeius ſuſceperit,optime ex Emplatorio cognoſces,q nõ ſolũ interfuit his rebus,ſed etiã pręfuit.Itẽq;,Quę gerãtur accipies ex Pollione,qui omnibus negociis nõ interfuit ſolũ,ſed pręfuit. Cũ pop.Ro.)Huic cauſę po.Ro.fortaſſe affuit,propterea ꝗ nouũ quoddã bellũ Galli minarẽtur,ſi Fõteius abſolueretur. Cognoſcitis).i.auditis.Cognoſcere hac in re dicũtur ii q de cauſa pronũciaturi & ſentẽtiã dicturi ſunt. Quib⁹ inuitiſſimis imperatũ ſit.)Nã impatus eſt eqtat⁹ &c. Ex Cn.Põpeii decreto.)Paulo ante dixit Gallos a Senatu agris vrbibuſq; multatos.hic aũt dicit ex agris ex Põpeii decreto decedere iuſſos. Aut idẽ nõ eſt agris multare,& iubere ex agris diſcedere:aut hoc dici conijcere licet,qa Põpeius quũ inter pacis cõditiones deuictis a ſe Gallis obiectas illud quoq; adieciſſet,vt agris decederẽt,ſi id Senatus decreuerit.Nã pacẽ facere Põpeio ſine authoritate Senatus nõ licebat.Gallos aũt Romanis legionibus in Hiſpaniã intercludẽtes iter Cn. Põpeius vicit,vt ait Cicero in Oratione pro lege Manilia. Inermẽ)quẽ armatũ,quũ prouincię pręeſſet,metuebãt,eũ inermẽ,poſtq̃ abiit magiſtratu,nihil metuũt. Quid coloni Narboneſes?)Mos erat veterũ Ro.vt quũ quis cauſam dicebat,qui prouĩciã nõ oĩno peſſime adminiſtrauerat,aut qui ex municipio eſſet,ex ea prouincia aut a ꝑpinquis ciuitatibus,aut a municipibus Legati Romã publice mitterẽtur cũ laudatione eius qui reus eſſet, qui pro eiuſdẽ rei incolumitate deprecarẽtur. Vt C.Verrẽ Mamertina ciuitas per Legatos publice laudauit authore Cicerone Actionibus quarta & ſexta.In Cn. Plãci Atinatis cauſa ex vicinis municipiis aderãt Equites Ro.publice cũ Legationis teſtimonio.Conijcere licet a Narbonẽſibus & Maſſiliẽſibus Legatos publice miſſos ad hãc cauſam cũ Fonteii laudatione. Abſens orat)per Legatos. Sua religio).i.ſuũ iuſiurãdũ quo laudationẽ firmauerũt.Eſt aũt laudatio quod de laude alicui⁹ ſcriptũ eſt. Hic demõſtratiuę orationes ſępe vocãtur laudationes. Ciuiũ Roma.)qui in Gallia negociãtur. De Imperio.)Nã cũ Imperio Pręctores quoq; in Prouincia erant. Ciuibus)qui in Gallia erãt. Cõſulere.)His enim nõ cõſuletis,ſi Fõteiũ damnetis. Nam poſthac cęteri ad imperandũ ſegniores erunt, vt paulo poſt dicet. An his)Gallis. Neq; propter iracũdiam fidem.)Iratis hominibus credendũ non eſt.Ideo Cicero in li.Tuſculanarum quæſtionum.4.iratos,inquit, proprie dicimus exiſſe de poteſtate.i.de conſilio,de ratione,de mente. Quintil.in lib.6.hanc ob cauſam dicit bonum altercatorem vitio iracundię carere debere.Nullus enim,inquit, rationi magis obſtat affectus. Nec honorẽ.)Honos habetur teſtibus,quũ vera dicere creduntur.Iis enim fides nõ abrogatur nec de eorũ religiõe dubitatur. Ideo cõuicii loco Ciceroni Clodius obiecit,ꝗ eius cõtra ſe teſtimonio iudices nõ credidiſſent.Quid ſi maiorẽ &c.)Hoĩes honeſtiſſimos quos appellet antea dixi. Maiorẽ).i.multũ magnã. Conſenſio.) Eadẽ multorum ſententia conſenſio a Cicerone appellari ſolet.Pro Rabirio, Vt nihil poſthac authoritas Senatus, nihil Cõſulare imperiũ, nihil cõſenſio

Intereſſe, in re & rei

Cognoſcere.

Legati cũ laudatiõe ad iudiciũ miſſi.

Laudatio,

Irato credendum non eſt.

Cõſenſio.

bonorum contra peſtem ac perniciē ciuitatis valeret. Itemq; paulo poſt, Agitur enim nihil aliud in hac cauſa Quirites, q̃ vt nullum ſit poſthac in Repu. publicum conſilium, nulla bonorum conſenſio contra improbrorum furorē & audaciam. In Catilinam oratione prima, Polliceor vobis hoc P.C. tantam in nobis Conſulibus fore diligentiam, tantam in vobis authoritatem, tātam in Equitibus Ro. virtutem, tantam in omnibus bonis conſenſionem, vt Catilinæ profectione omnia patefacta, illuſtrata, oppreſſa vindicata eſſe videantur. In lib. Tuſculanarum Quæſtionum. 1. Omni autem in re conſenſio omnium gentium, lex naturę putanda eſt. Omnium) Narbonenſium, Maſſilienſium, ciuium Rom. hominum honeſtiſſimorum.

Cum Galliæ Fonteius præeſſet, ſcitis Iudices maximos pop. Ro. exercitus in duabus Hiſpaniis, clariſſimosq́ Imperatores fuiſſe. q̃ multi Equites Romani, q̃ multi Trib. militū, quales, & quot, & quoties Legati ad eos exercitus? pręterea Cn. Pōpeius maximus atq; ornatiſſimus hyemauit in Gallia, M. Fonteio imperāte. Satis ne vobis multos ſatis idoneos teſtes & cōſcios videtur ipſa fortuna eſſe voluiſſe earū rerum, quæ M. Fonteio Prætore gererentur in Gallia? quem ex tanto hominū numero teſtem in hac cauſa producere poteſtis? quis eſt ex eo numero, qui vobis auctor placeat? eo nos iā laudatore & teſte vtemur. Dubitabitis etiam diutius Iudices, quin illud, quod initio vobis propoſui, veriſſimum ſit: aliud per hoc iudicium nihil agi, niſi vt M. Fonteio oppreſſo teſtimoniis eorum, quibus multa Reip. cauſa inuitiſſimis imperata ſunt, ſegniores poſthac ad imperandū cęteri ſint, cum videant eos oppugnari, quibus oppreſſis po. Ro. imperium incolume eſſe non poſſit? Obiectum eſt etiam, quęſtum M. Fonteium ex viarum munitione feciſſe: vt aut ne cogeret munire: aut id, quod munitū eſſet, ne improbaret. Si & coacti ſunt munire omnes, & multorum opera improbata ſunt, certe vtrumq; falſum eſt: & ob vacationem precium datum, cum immunis nemo fuerit: & ob probationem, cum multa improbata ſint.

Quid? ſi hoc crimē optimis † hoībus denegare poſſumꝰ: & ita, vt nō culpā in alios trāſferamꝰ: ſed vti doceamꝰ, eos iſti munitiōi ꝑfuiſſe, q̄ facile officiū ſuū, & ꝓſtare & ꝓbare poſſūt: tñ ne vos oīa in M. Fōteiū iratis teſtibꝰ freti cōferetis? — Thoībus

In duabus Hiſpanijs) vlteriore & citeriore. Hyemauit.) Romani exercitus diſpoſitis præſidijs in ſociorū vel amicorū pop. Ro. regionibus aut in ꝓuincijs hybernabāt. Hyemare dicit, & ꝓ lege Manilia hybernare. Iā vero quemadmo- — Hybernare & hyemare.
dū milites hybernēt, quotidie ſermones ac literæ ꝑferūtur. Inde Hyberna, vt q̄ æſtate fiūt, æſtiua numero plurali a T. Liuio pſępe dicunt. Cōſcios). i. q vi- derūt. Nā pluris eſt teſtis oculatus vnus, vt ait Plautus, q̄ auriti decē. Nam q audierūt, audita dicūt: qui viderunt, plane ſciunt. Cōſcius enim q̄uis in mala — Conſcius & conſcientia.
partē ſępe dicatur, vt cōſciū maleficij Cicero dicit pro A. Cluētio: in bonā partem nonnunq̄ dicit. vt lib. Epiſt. ad Atticum. j. Qui mihi & in publica re ſocius, & in priuatis oībꝰ cōſciꝰ, & omniū meorū ſermonū & cōſiliorū particeps. Quēadmodū cōſcientia inde facta in bonā quoq; partē a Cic. dicitur lib. Epiſt. familiariū. vj. Cōſciētiā rectę volūtatis maximā cōſolationę eſſe rerū incōmodarū, nec eſſe vllū magnū malū ꝑter culpā. Et lib. Tuſcul. quæſt. ij. Nullū theatrū virtuti cōſciētia maius eſt. Author) teſtimonij ſcilicet. Vtemur eo laudatore). i. laudabit Fonteiū. Aliud ꝑ hoc iudiciū.) Illud admonui, admonēdūq; ſæpius eſt, quod facit Cicero ſępiſſime, qđ cōmodū aut incōmodū iudicibus, aut ciuibꝰ, aut Reip. euēturū ſit, ſi hoc vel illo mō iudicet. Oppreſſo). i. damnato. Segniores). i. negligētiores & minꝰ ſeueri. Eos oppugnari.) Intellectio eſt. Ponit eñ pluralis ꝓ ſingulari. vt, Nec ꝑpeti meretricum cōtumelias.

Quęſtū feciſſe). i. pecuniā coegiſſe, & vt loquunt, lucratū eſſe. Vt ꝓ Roſcio Comœdo, Quęſtꝰ facere noluit. Et ꝓ P. Seſtio, Qđ ille quū quaſi q̄ſtū faceret, amiſit. Ex viarū munitiōe) Cn. Domitius, q cū Fabio Gallos deuicit, viā Galliā muniuit, q̄ ab eo Domitia appellata eſt. Quū ea vetuſtate quaſſata eēt, eāq; — Facere quæſtum.
reficere e rep. eſſet, M. Fōteius C. Annio & C. Fōteio Legatis negociū dedit, vt muniēdę vię ꝑeſſent. Ij Gallis ꝓ dignitate ſua cuiq; imperauerūt, vt munirēt eā viā. Accuſator dicit Gallos Fōteio dediſſe pecuniam, alios ne munirēt, alios qđ a ſe munitū erat, ne Fōteius iprobaret, qđ bñ ſatis munitū non eſſet. — Domitia via.

Ob vacationē). i. ob imunitatē, q̄ videlicet Fōteiꝰ nō cogeret munire. Vacationē muniēdę vię dicit, vt T. Liuꝰ vacationē militię dicit li. 24. Noīa oīm ex iuniorū tabulis excerpſerūt, q quadriēnio nō militaſſent, qbꝰ neq; vacatio iuſtę militię, neq; morbꝰ cauſa fuiſſet. Idē lib. 23. vacationē a belli adminiſtratione dicit. Ne ꝑtoribꝰ qdē q ad dicēdū ius creati erāt, vacatio a belli adminiſtratione data eſt. Immunis nemo) Authore Paulo iuriſcōſulto lib. digeſtorū. 50. titulo de verborū & rerū ſignificationibꝰ, munꝰ aliqñ onus ſignificat, qđ cū remittit, vacationē militię munerisq; ꝑſtat, inde imunis appellat. Optimis noibus.) Optimis hoībꝰ in alijs codicibꝰ ſcriptū iuenio, q̄ lectio magis placet, vt ſi ſignificet, ꝑ optimos hoīes. i. optimorū hoīm teſtimonio, niſi legere mauis cōtra exēplorū fidem optimis hoībus freti. Probare). i. facere vt approbetis. — Vacatio. — Immunis.

Quũ maioribus Reip.negociis M. Fõteius impediretur, & cũ ad Rẽp.pertineret, viã Domitiã munire: Legatis ſuis primariis viris C. Annio Bellieno, & C. Fõteio, negocium dedit. itaq; pręfuerunt, imperauerũt pro dignitate ſua, q̃d viſum eſt, & probauerunt. Quod vos, ſi nulla alia ex re, ex literis quidem veſtris, quas ſcripſiſtis, & miſſis & allatis, certe ſcire potuiſtis. quas ſi antea nõ legiſtis, nũc ex nobis q̃d de iis rebus Fõteius ad Legatos ſuos ſcripſerit, q̃d ad eũ illi reſcripſerint, cognoſcite. Lege M. ad C. Anniũ legatũ, ad C. Fonteiũ legatũ. Lege a † C. Annio legato, a C. Fõteio legato. Satis opinor eſſe perſpicuũ Iudices, hãc rationẽ munitionis, neq; ad M. Fonteiũ pertinere: & ab his eſſe tractatã, quos nemo poſſit reprehendere. Cognoſcite nũc de crimine Vinario, quod illi inuidioſiſſimũ & maximum eſſe voluerunt. Crimen a Pletorio Iudices ita cõſtitutũ eſt: Fonteio nõ in Gallia primũ veniſſe in mentẽ, vt portoriũ vini inſtitueret, ſed in Italia hac propoſita ratione Roma profectũ. Itaq; Titiriũ Toloſæ quaternos denarios in ſingulas vini amphoras portorii nomine exegiſſe, Crodimi Porciũ & Numiũ ternos Victoriatos. Vulchalone ſeuere Vmbinos & Victoriatos mille. atq; in his locis ſe Crodimi & Vulchalone ab his portoriũ eſſe exactũ, ſi q Cobiamacho, qui vicus inter Toloſam & Narbonẽ eſt, diuerterentur, neq; Toloſam ire vellẽt. Eleſiodolus tantum ſenos denarios ab his, qui ad hoſtem portarent, exegiſſet. Video Iudices eſſe crimen & genere ipſo magnũ. Vectigal enim eſſe impoſitum fructibus noſtris dicitur.

† Caninio

Toloſa. Victoriati nummi.

Dare negocium. Imponere onus.

Quum maioribus.) Narratio ſpecialis eſt. Ad Remp. pertineret). i. Reipu. vtile eſſet. Negocium dedit) id eſt onus impoſuit. vt T. Liuius lib 3. M. Claudio clienti negocium dedit, vt virginem in ſeruitutem aſſereret. Imponere onus in eadem re Cicero dicit in oratione pro domo ſua, Delegaui amico locupletiori, non quo illi ita de me merito onus illud imponerẽ. ſuccubuiſſem enĩ potius ipſe. Alioqui dare negociũ, eſt faceſſere negociũ. Imperauerũt pro dignitate ſua quod viſum eſt.) Mihi videtur eſſe legẽdum. Imperauerũt pro

dignitate ſua cuiq;,ad eã ſententiam,vt vnicuiq; imperauerint, vt muuirẽt,
quantũ digni eſſent,vt opulentiores tenuioribus plus munirent. Et proba-
uerunt).i.hoc eorum factum probatum eſt. Ex literis veſtris quas ſcripſiſtis
.i.ex literis a Senatu ſcriptis. Iudices enim erant partim Senatores partim
Equites. *Si antea non legiſtis*).i.ſi tũ in Senatu non aderatis,quum ſcriberẽ-
tur. Lege M.)Præconi Cicero dicit vt M.Fonteij literas ad Legatos, itemq;
ad eum Legatorum recitet. Hanc rationem).i.hoc negocium. Cognoſcite
nunc de crimine vinario).i.de portorio vini exportandi gratia ſoluendo,qđ Vinarium
a Fonteio conſtitutum in Gallia eſſe accuſator dicit.Cauſam repetundarum crimen.
multiplicem eſſe Quintilianus ſcribit,ea enim multa crimina continet,quæ
cauſæ propria ſint. Illi).aduerſarij. Inuidioſiſſimum).i.quo inuidia Fonteio
conflaretur maxima. Conſtitutum.i.poſitum & explicatum. Portorium vi
ni).i.vectigal ex vino. Portorium eſt vectigal id quod in portu exigitur ex Portoriũ.
rerũ exportatione. Crodimum) multis in locis lectio hęc integra non eſt.
Crodimi tamen hic legendum puto,vt ſit portus,vel vrbs in qua portus ſit,
nomen. Ternos Victoriatos)Authore Plinio cap.3.lib.33.qui nunc Victoria- Victoriat⁹.
tus appellatur,lege Clodia percuſſus eſt.antea enim hic nummus ex Illyrico
aduectus mercis loco habebatur.eſt autem ſignatus Victoria.& inde nomen.
Erat autem hic nummus (vt ex Plinio conijcere licet)argenteus,cui octaua Bigatus
æris portio mixta erat.vt bigati & quadrigati eodem authore argentei erant nũmus.
quorum notæ fuerunt bigæ & quadrigæ.T.Liuius,apud quem crebra Bigato Quadriga-
rum & Quadrigatorum memoria eſt,lib.36.Bigatum argentum dicit.M.inqt; tus.
Fuluius Nobilior,qui biennio ante Prętor in Hiſpaniam profectus eſt,ouans
vrbem eſt ingreſſus.Argenti bigati præ ſe tulit.CXXX.millia.Qua autẽ for-
ma Victoriati Bigati & Quadrigati,a victoria bigis & quadrigis appellantur,
non indocte mihi videntur dicere qui aureos nummos appellant ſcutatos,q̃
rum ſcutum nota eſt,regios vulgo appellant. Qui item ſolatos dicunt, quos
vulgus ſolares:eorũ enim nota ſol eſt. Seuere Vmbinos.)Hunc locũ emenda
te legi non arbitror. Cobiamacho).i.ex Cobiamacho. Neq; Toloſam)ſed po
tius ad hoſtẽ. Portarẽt)nauibus vel equis. de quo verbo diximus pro Lege Imponere
Manilia. Vectigal impoſitũ)imponere vectigal ita vſitatũ vulgo quoq; eſt,vt vectigal.
vectigalia noua appellẽt impoſitiones.Alibi quoq; id Cicero dixit,vt in ora-
tione Cõtra Rullũ in Senatu, Iubet eoſdẽ Decẽuiros omnibus agris publicis
pergrãdę vectigal imponerẽ.Itẽq;,Excipit in vectigali imponẽdo agrũ Recẽ-
toricũ Siciliẽſem.Imponere leges.i.cõditiones, idẽ dicit pro Cornelio Balbo, Imponere
Nõ foedus ſibi nobiſcũ,ſ; iniqſſimas leges ĩpoſitas a nobis eſſe arbitrabũt.Idẽ Leges in-
ĩponere iniurias.i.facere dixit actiõe in Verrẽ.6.Quibus tu priuatim iniurias iurias,pla-
cõtumeliasq; ĩpoſuiſti:quo ĩ oppido multas familias imppetuũ infames tuis gas.
ſtupris flagitijsq; feciſti.Imponere plagã ꝑ eo qđ eſt facere idẽ dixit ꝑ P.Seſtio.
Ego vero ſi mihi vni pereundum fuiſſet,ac modo accipienda plaga mihi in-
ſanabilis illa mortifera,quã Reip.impoſuiſſet,ſemel perire tamen Iudices ma Portoriũ.
luiſſem q̃ bis vincere. Fructibus noſtris) qui ſunt in Gallia.Ex his enim ſo
lum rebus,quæ exportabantur,portorium exigi ſolebat.

Et pecuniam permagnam ratione iſta cogi potuiſſe confiteor, & inuidiam. Vel maxime enim inimici hanc rem ſermonibus diuulgare voluerũt. Sed ego ita exiſtimo, quo maius crimen ſit id quod oſtendatur eſſe falſum, hoc maiorem ab eo iniuriam fieri qui id confingat. vult enim magnitudine rei ſic occupare animos eorũ qui audiunt, vt difficilis aditus veritati relinquatur.

Deſiderantur quæ de crimine Vinario erant reliqua, nec non, quę ad bellum Vocontiorum, & diſpoſitionem hybernorum pertinebant.

At hoc Galli negant. Actio rerũ & ius argumentorum coargui poteſt. Igit̃ teſtibus Iudices nõ credere cupidis, & iratis, & cõiuratis, & ab religione remotis, nõ ſolũ poteſtis ſed etiã debetis. Etenim ſi, quia Galli dicũt, idcirco M. Fõteius nocẽs exiſtimãdus eſt, quid mihi opus eſt ſapiẽte iudice? quid ęquo quęſitore? quid oratore nõ ſtulto? Dicunt enim Galli, negare nõ poſſumus. Hic ſi ingenioſi & periti & ęqui iudicis has partes eſſe exiſtimatis, vt quoniã quidẽ teſtes dicũt, ſine vlla dubitatione credendũ ſit, ſalus ipſa virorũ fortiũ innocentiam tueri non poteſt. Sin aũt in rebus iudicandis, non minimam partẽ ad vnãquam rẽ exſtimandam, momentoq; ſuo ponderandam, ſapientia iudicis tenet næ multo veſtræ maiores grauioreſq; partes ſunt ad cogitandum, q̃ dicendum meæ.

Cogere pecuniam. Coactores pecuniæ. — Ratione iſta). i. iſto modo. Pecuniã cogi). i. colligi. Vt p C. Rabirio Poſthumo. At ex hoc ipſo crimẽ exoritur. Ait. n. Dũ Gabinio pecuniã Poſthum9 cogeret ex decumis Impatorũ, pecuniã ſibi coegiſſe. Inde coactores q colligunt pecuniã dicũt. Idẽ p eodẽ. Nõ intelligo hoc quale ſit, vtrũ acceſſionẽ decumæ, vt noſtri facere coactores ſolẽt, cẽteſima: an deceſſionẽ de ſũma fecerit. Cogere pecuniã ab aliquo ſępe idẽ dicit. In Vrrẽ actiõe. 4. Huius ego pecuniæ iudices, q̃ pmagna eſt, impudẽtiſſimeq; coacta ab inuitis, nõ habui rationẽ, Actiõe. 5. Demõſtrat hãc iſti9 cõſuetudinẽ ac rationẽ fuiſſe, quũ õis frumẽti copia decumarũ noĩe, penes iſtã eſſet redacta, ſolitũ eſſe iſtũ pecuniã cogere a ciuitatib9. In eadẽ, Deide a ciuitatibus pecunias ad emẽdũ frumẽtũ cogere, Cogere ſenatum,

Cogere ſenatum.

Iudices,medicos,milites dicimus. Et inuidiā)& ciuiū Romanorum & aliorū.
Nam vt ait Cicero in primo de Officijs,improbātur ij quęſtus qui in odia ho-
minū incurrunt,vt portitorū & fœneratorum. Occupare).i.p̄uenire& affice
re. Vt difficilis aditus veritati relinquatur).i.vt difficile ſit ijs qui audiunt au
dire velle veritatē,quia iam male pſuaſi ſunt. At hoc crimen Galli negant.
Actio rerū & ius argumentorū coargui poteſt.) Hęc cōiūcta ſunt cū ijs q̄ hoc
loco deſiderātur.Itaq; intellectus nullus inde elici poteſt. Nō credere.)Tū de
mū iudices teſtib⁹ credere videtur, quū ſecūdū eorū teſtimoniū ferūt iudiciū.
Cupidis)lędēdi reū.ſ.vt apud Quintilianū lib.5.Si habet teſtē cupidū lędē-
di,cauere debet hoc ipſum,ne cupiditas eius appareat. Cōiuratis).i.q̄ ſimul in
Fontei calamitatē cōiurauerūt:ideoq; nouū quoddā bellū)Gallicū minantur.
ſi Fonteius abſoluatur. Ab religione remotis).i.qui iureiurādo nullo obliga
ri ſe putent,qui iurati teſtes iuſiurandū facile violent.Hic liceret mihi oſten-
dere Gallos illos veteres Romanis fuiſſe religioni,quę tum erat,propinquio-
res,& multā Romanorū in omnes reges nationesq; perfidiā: quū aperto pe-
ctore Galli gererent omnia:niſi ſcirem Ciceronē hoc ideo dicere, vt ſuo quaſi
theatro ſeruiret,qui hoc putet facile perſuaſum iri iudicibus qui Gallis irati
erāt:eos enim metuebant maxime.Et quē metuūt oderunt,vt ait Enni⁹. Si
quia Galli dicunt)vulgo noſtris etiam theologis perſuaſum eſt,iudicē debere
ſententiam dicere ſecundū allegata & probata,q̄uis rē eſſe aliter ſciat.Contra Iudicandā
vulgatam hanc perſuaſionem Cicero oſtendit in ſapientia & cōſilio iudicis, nō eſſe ſe-
non in teſtimonijs conſtitutam eſſe debere iudicādi ęquitatē.Ea de re hic ge cūdum al-
neralē quęſtionē acute copioſeq; tractat. Quid ęquo Quęſitore.)In cauſis pu legata.
blicis pręter Iudices adhibebātur Prętor & Quęſitor. Quæſitor aūt criminis Quęſitor.
eius,de quo erat cauſa, quęſtionē exercebat.eſtq; proprie crimialiū quęſtionū
vt apud Vergiliū lib.6.Quęſitor Minos vrnā mouet.Vt L.Caſſius vir ſummę
ſeueritatis,quoties Quęſitor alicuius iudicij erat in quo quęreretur de homi
ne occiſo,ſuadebat, atq; etiā præibat iudicibus,vt quæreretur cui bono fuiſ-
ſet perire eū,cuius de morte quæreret.Is aūt Quæſitor pop.Ro.ſuffragio crea-
bat.Author eſt Aſconius Pęd.in Cōmētarijs in Actionē primam in Verrem
& in orationem pro Milone Accuſatoris officium eſt,vt ait author Rhetori-
corum ad Herenniū inferre crimina:defenſoris,diluere & propulſare:teſtis eſt,
dicere quæ ſcierit:quæſitoris eſt, vnūquenq; horum in officio ſuo continere.
Non ſtulto).i.perito & ingenioſo.Eſt aūt diminutio.vt in lib.de Oratore.ij.
Hic quantum fit mali,ſi iratū,ſi nō ſtultū,ſi nō leuem teſtē lęſeris! Habet eñ
& voluntatem nocendi in iracundia,& vim in ingenio,& pondus in vita.
Dicunt enim Galli,negare nō poſſumus.) Hoc proponit Cicero,tanq̄ a iu-
dicibus dicatur. Negare).i.non credere,& ſecundum id non iudicare. Credē
dum ſit,& ſecundum teſtimonia iudicandum. Salus ipſa virorum fortium
innocentiam tueri non poteſt.) Legendum ita arbitror, ſalutem ipſa virorū
fortium innocentia tueri non poteſt.Nam ſalutem innocentia,non innocen
tiam ſalus tuetur. Momentoq; ſuo ponderandam) id eſt pōderibus ſuis exa
minandam,hoc eſt diligenter inſpiciendam. Næ) id eſt certe.

Mihi enim ſemper vnaquaq; de re,teſtis nō ſolum ſemel, verũ etiam breuiter interrogãdus,& ſępe etiam non interrogãd⁹,ne aut irato facultas ad dicendũ data, aut cupido auctoritas attributa eſſe videatur. Vos & ſæpius eandem rẽ animis agitare,& diutius vno de teſte cogitare poteſtis & ſi quem nos interrogare nolumus,quę cauſa nobis tacẽdi fuerit,exiſtimare debetis.Quãobrem ſi hoc Iudices pręſcriptũ lege,aut officio putatis,teſtibus credere:nihil eſt, cur ali⁹ alio Iudice melior,aut ſapiẽtior exiſtimetur. Vnũ eſt enim,& ſimplex auriũ iudicium,& promiſcue,& cõmuniter ſtultis ac ſapiẽtibus ab natura datũ.Quid eſt igitur? vbi elucere poſſit prudentia? vbi diſcerni ſtultus auditor credulus , ab religioſo & ſapienti iudice?minimũ illud, in quo ea,quę dicũtur a teſtibus,cõiectura & cogitatione tradũtur,quãta auctoritate,quãta animi ęquitate?quãto pudore,quãta fide,quãta religione, quãto ſtudio exiſtimationis bonę,quãta cura,quãto timore dicãtur. Anvero vos id in teſtimoniis hominũ barbarorũ dubitabitis,quod perſæpe & noſtra,& patrũ memoria ſapiẽtiſſimi Iudices de clariſſimis noſtrę ciuitatis viris dubitandũ non putauerunt? qui Cn.& Q.Cepionibus, L.& Q.Metellis teſtib⁹ in Q. Pompeiũ hominẽ nouũ non crediderũt:quorũ virtuti,ſgeneri,rebus geſtis,fidem & auctoritatẽ, in teſtimonio,cupiditatis atq; inimicitiarũ ſuſpitio derogauit.Ecquem hominem vidimus?ecquem vere commemorare poſſumus? parẽ conſilio,grauitate,conſtantia,cęteris virtutibus,honoris,ingenii,rerum geſtarũ ornamentis,M.Aemilio Scauro fuiſſe?tamen huius,cuius iniurati nutu prope terrarum orbis regebatur,iurati teſtimonio,neq; in C.Fimbriã,neq; in C.Memmium creditum eſt.

Teſtis),cõtra me ꝑductus. Teſtes enĩ interrogabãt & q ꝑducebãt,& contra

Aurium iudicium eleuat

quos ꝓducebātur. His q̄ illis teſtiū interrogatio difficilior eſt. Hi ēm̄ raro vnq̄ poſſūt añ iudiciū ſcire, qd teſtis dicturꝰ ſit. Qui vero ꝓducit teſtē, eū domi añ examinare potuit. Et ſępe etiā nō interrogādus) Quintil. lib. 5. de patroni officio in teſte interrogando ſcribens, ſi prudens & conſtans ſit, eū vel tanq̄ inimicū & puicacē ſtati dimittēdū: vel nō interrogatiōe, ſed breui interlocutione patroni refutādū, aut aliquo, ſi cōtiget, vrbane dicto refrigerādū dicit. Ad dicēdū) teſtimoniū. Data) iterrogatiōe. Cupido).i. q lędēdi reū cupidꝰ ſit. Authoritas attributa.) Quū teſtē cōtra nos ꝓductū interrogamꝰ, ideo interrogamus, ꝙ eū cōtra nos nihil dicturū aut certe aliq̄ ex pte ſentētiā muraturū ſperemꝰ: ſi vero ꝑſeueret, authoritatē eiꝰ teſtimonio quodāmō tribuimꝰ. Eādem rē.) In teſtibꝰ interrogādis ſcilicet. Ea q̄ ſūt ex officio Iudicis i teſtiū interrogatiōe opponit iis q̄ ſunt ex officio Oratoris. Pręſcriptū lege).i. definitū & cōſtitutū lege. Aliꝰ alio iudice).i. vnus iudex alio. Promiſcue & cōiter &c.).i. ita bñ audit ſtultꝰ, vt ſapiēs. Religioſo).i. iurato. Cōiectura & cogitatiōe trahūt).i. cōiiciūt cito iudices & cogitāt. Trahere ēm̄ celeritatē quādā ſignificat. Trabere.
Ideoq; id verbū ad exprimēdā vim naturę cōgruit, q̄ q̄ fiūt, celeriꝰ fiūt q̄ ea q̄ arte. Plin. lib. 20. Atq; vt a ſublimiorib' recedamus ferrū ad ſe trahēte magnete. Cicero in. 1. de Offic. Oēs ēm̄ trahimur & ducimur ad cognitiōis ſciētięq; cupiditatē. Arripere in eadē re idē ꝓ Milone dicit, Eſt, inqt, hęc iudices nō ſcripta, ſed nata lex: quā nō didicimus accepimꝰ legimus, verū ex natura ipſa arripuimꝰ hauſimus expreſſimus: ad quā nō docti, ſed facti: nō inſtituti, ſed ībuti ſumus. Vel trahūtur.i. accipiūtur. vt trahere fortunā dicit in Oratione antēq̄ iret in exiliū. Vos vt tu tā trāquillāq; fortunā traheretis, mea ꝑfeci diligētia. Quāta authoritate).i. quāta ante actę vitę integritate. Vñ authoritas, vt Quintil. ait, naſcitur. Authoritatē, animi æquitatē, pudorē, & cętera in teſtibus ieſſe oportere ſignificat. De ſtudio exiſtimatiōis bonę paulo poſt dicet. Cn. & Q. Cępionibus) Hęc exēpla ſunt apud Valeriū Max. lib. 8. titulo de teſtibus. Cn. & Q. Seruilij Cæpiones iiſdē parentibus nati p oēs honorū gradus ad Cōſulatū ꝓuecti ſunt. L. itē & Q. Metelli Cōſulares fuerūt, eorūq; alter fuit triūphalis. Hi Q. Pōpeiū Aufidiū repetūdarū reū teſtimonio ſuo opprimere fruſtra conati ſunt. Q. Pōpeius nō cōtēptus Orator tpibꝰ illis fuit, q ſummos honores hō p ſe cognitus, ſine vlla cōmēdatione maiorū eſt adeptus. Author eſt Cicero de claris Oratoribus. Cuius iniurati).i. Senatoris. Senatores ēm̄ iniurati ſentētiā dicebāt. M. aūt Scaurus ex obſcura vita obſcuriore gñe ortꝰ, nouus hō, &, vt dr̄, terrę filiꝰ ab ipſa fortuna ſublatꝰ Senatꝰ princeps factus eſt. Author eſt Plutarch. de fortuna Rom. Hūc principē ciuitatis & Senatꝰ appellat Cicero in lib. de Oratore. 2. Hic Scaurus ita patritius fuit, vt tribꝰ ſupra eū ætatibꝰ domꝰ eius fortuna iacuerit. Nā neq; pater, neq; auus, neq; etiā proauus ꝓpter tenues opes, & nullā vitę induſtriā honores adepti ſunt. Author eſt Pędianꝰ in Scaurū. Iurati).i. teſtis. Neq; in C. Fimbriā &c.) Valeriꝰ lib. 8. C. Flauiū non C. Fimbriam dicit, Memmiū enim & Flauium eadem lege accuſatos repetundarum ſcribit. Huius Scauri teſtimonio in C. Norbanū creditum non fuiſſe, Cicero quoq; ſcribit in libro de Oratore ſecundo. C. Fimbria

Margin notes: Trabere. — Arripere.] — Trahere fortunam — Q. Pōpeiꝰ — M. Scaurꝰ

niam ingenii non laudem modo,ſed etiam admirationem eſt conſecutus,vt ait Cicero de claris Oratoribus, vbi plura de huius commendatione ſcribit. Hunc in foro tantum excelluiſſe Valerius ſcribit,quantum in Senatu Æmilium Scaurum. Probare).i.facere vt iudices probarent. In M.Marcellum.) Hic M.Marcellus promptus & ad dicendum non inexercitatus fuit, vt ait Cicero de claris Oratoribus.Hunc adoleſcentulum dicendi ſtudiis maxime deditum fuiſſe idem ſcribit lib.de Oratore.1. Fuit fuit.) Hęc conduplicatio ad vim augendam valet plurimum.vt in Catilinam inuectiua prima. Fuit fuit illa iſta quondam in hac Rep.virtus,vt viri fortes acrioribus ſuppliciis ciuem pernicioſiſſimum q̃ acerbiſſimum haſtem coercerent. Quid fictum)ab accuſatore vel teſte. Quid fortuna ac tempore allatum.)Cuius naturalis fauor ſit pro laborantibus,ſunt tamen aliqui homines ita inhumani,ita a natura alieni,vt miſeros homines,canum more,inſequantur,qui omnino quieuiſſent niſi ea affuiſſet miſeria. Itaq; Cicero pro Cn. Planco multos eſſe dicit communes reorum omniũ inimicos. Ex illo loco).i.a teſtibus. Ex oraculo aliquo) .i.veriſſime,tanq̃ ſi diuino aliquo oraculo dictum eſſet. Huic muneri atq; officio)iudicandi ſcilicet. Illi Equites Romani.) Equites Ro.tum iudicabant. T.enim Sempronius Graccus legem tulerat,vt Equites Romani iudicarent. Iudicauerunt annos prope quinquaginta continuos.Deinde victor Sylla legem tulerat,vt ſenatorius ordo iudicaret,& iudicauit per ãnos decem.Poſtremo M.Aurelius Cotta Prætor legem tulit, vt Senatores,Equites,& Tribuni ærarii ſimul iudicarent. Authores ſunt Cicero actione in C.Verrem ſecunda, & Aſconius Pędianus. Iudiciisq; maximis).i.publicis. Floruerunt)Eos enĩ Equites ſine vlla ſuſpitione acceptæ ob rem iudicãdam pecuniæ iudicaſſe Cicero in Verrem dicit.q̃uis ſint qui contra ſentiant, vt paulo poſt dicemus. Habuerunt tantum animi &c.).i.tam magnanimi fuerunt. Belgarum)Belgas a Celtis Matrona & Sequana diuidit, qui Gallorum omnium fortiſſimi ſunt,vt ait Cæſar lib.Commentariorum.1.Hi autem vel a Belgio oppido cuius idem lib 5.meminit,vel a Beligro quodam eorum regẽ appellati ſunt.De quo eorum rege apud Beroſum eſt.In Galli Belgica Treueri Rhemo flumini proximi ſunt. Treuerorũ princeps Indutiomarus erat.Is autem vt in hac oratione Cicero ſignificat,Romam venit,vt diceret teſtimonium contra M. Fonteium.Sed quum poſtea dicat Indutiomarum Allobrogum ducem eſſe, atq; ab Allobrogibus Belgę diſiuncti ſint maxime,Gallicarum rerum & regionum Cicero peritus omnino fuiſſe non videtur.Eſt argumentum a maiori ad minus. Si M. Scauri teſtimonio Equites illi non crediderunt, multo minus Belgis& Allobrogibus credere debetis. Si inimico teſti)Libro Pandectarum.20.titulo de Teſtibus, Calliſtratus teſtem eum qui inimicus ſit, ei aduerſus quem teſtimonium dicturus ſit, admittendum negat. Inimicior Marcello Craſſus)A minori ad maius argumentum eſt.Nam creditum non eſt Craſſi teſtimonio in Marcellum,inter quos leues inimicitię interceſſerũt quum inter Gallos & Fonteiũ ſint grauiſſimę. Obtrectatione domeſtica).i. inuidia quadam & domeſticæ gloriæ eleuatione.

Miſeros inſectari.

Iudicès q̃bus ex ordinibus.

Belgæ

Indutiomarus.

Teſti inimico credendum non eſt.

Quorũ,qui optima in cauſa ſunt,equites,frumentum,pecuniã,ſemel atq; iterũ ac ſępius inuitiſſimi dare coacti ſũt: cęteri,parti ex veterib⁹ bellis agro mulctati,parti ab hoc ipſo bello ſuperati & oppreſſi. Si qui ob aliqđ emolumentũ ſuum cupidius aliquid dicere videntur,iis credi non cõuenit:credo maius emolumentũ Cepionibus & Metellis ꝓpoſitũ fuiſſe ex Q. Pompeii damnatione,cum ſtudiorũ ſuorũ obtrectatorẽ ſuſtuliſſent,q̃ cunctæ Galliæ ex M. Fonteí calamitate, in qua illa prouĩcia prope ſuã immunitatẽ ac libertatẽ poſitã eſſe arbitratur. An ſi homines ipſos ſpectare conuenit(id qđ in teſte profecto valere plurimũ debet)non modo cũ ſummis ciuitatis noſtræ viris, ſed cum infimo ciue Ro.quiſq̃ ampliſſimus Gallię cõparãdus eſt? ſcit Indutiomarus quid ſit teſtimoniũ dicere? mouetur eo timore quo noſtrũ vnuſquiſq;,cũ in eũ locũ productus eſt? Recordamini Iudices quantopere laborare ſoleatis,nõ modo quid dicatis pro teſtimonio,ſed etiã quibus verbis vtamini: ne quod minus moderate poſitũ, ne quod ab aliqua cupiditate prolapſum verbũ eſſe videatur. Vultu deniq; laboratis, nequa ſignificari poſſit ſuſpitio cupiditatis:vt & cũ proditis, exiſtimatio ſit quędã tacita de vobis pudoris ac religionis:& cũ diſceditis,ea diligẽter cõſeruata,ac retẽta videat̃. Credo hęc eadẽ Indutiomarũ in teſtimonio timuiſſe,aut cogitaſſe:qui primũ illud verbũ conſideratiſſimum noſtræ cõſuetudinis,arbitror, quo nos etiam tũc vtimur,cũ ea dicimus iurati,quæ cõperta habemus,quæ ipſi vidimus,ex toto teſtimonio ſuo ſuſtulit,atq; oĩa ſe ſcire dixit. Verebatur enim videlicet, ne quid apud vos populũq; Ro.de exiſtimatiõe ſua deperderet:nequa fama cõſequeretur eiuſmodi,Indutiomarũ talẽ virũ,tã cupide,tam temere dixiſſe:nõ intelligebat,ſe in teſtimonio nihil pręter vocem

Gallorum teſtimonium eleuat

Arbitror dixit iurãs

& os,& audaciam neq; ciuibus ſuis,neq; accuſatorib⁹ no
ſtris pręſtare debere. An vero iſtas nationes religione iu-
riſiurandi,ac metu deorum immortaliũ in teſtimoniis di-
cendis cõmoueri abitramini?quæ tantum a cæterarũ gen
tium more,ac natura diſſentiunt,ꝙ cęterę pro religionib⁹
ſuis bella ſuſcipiunt,iſtæ contra omnium religiones . Illæ
in bellis gerendis ab diis immortalibus pacem ac veniam
petunt:iſtæ cum ipſis diis immortalibus bella geſſerunt.

Qui optima in cauſa ſunt).i.qui ſunt meliores, qui melius parent pop.Ro.
Equites,frumentũ pecuniã &c.)Id ante dixit. Si qui ob aliquod emolumẽ
tum.)Idẽ Calliſtratus ad dicẽdũ teſtimoniũ negat admittẽdũ eũ qui lucri cau
ſa dictur⁹ ſit. Credo maius emolumẽtũ.)A minore ad maius itidẽ argumẽ
tum eſt.Credo autem in huiuſmodi ironia interrogatiua a Cic.dici ſępi⁹ alias
ꝑcepimus. Obtrectatorem).i.æmulũ. Calamitate).i.damnatione. Si hoies
ipſos ſpectare).i.teſtes ꝓ Fonteio & cõtra Fonteiũ inter ſe comparare. Scribit
Quintil.lib.5.qñ ab accuſatore & patrono ꝓducunť teſtes,vt ſequať quęſtio,
ex his vtri ſint meliores:ex cauſſis,vtri magis credibilia dixerint:ex litigato
ribus,vtri gratia magis valuerint. Moueť eo timore.) Qui ſit teſtiũ timor
paulo poſt dicit Cicero. Et religiõis.)Quia teſtes iurati ſunt. Ea) exiſtima
tio. Quę cõperta habem⁹ q̄ ipſi vidimus)ideoq; certo ſcim⁹. De exiſtima-
tione ſua depderet.) Qui teſtimoniũ dicit certa habere debet ea q̄ dicat:Incer
ta aũt Indutiomarus q̄ diceret alijs videri putaret,ſi arbitrari ſe diceret, ꝙ in
eo verbo aliqd dubitatiõis ſubeſſe videať,itaq; ſcire ſe oĩa dixit. Tã cupide)
Putabat Indutiomarus videri ſe cupide & temere dicere teſtimoniũ, ſi ſe arbi
trari diceret,ꝙ videlicet tã cupide diceret,vt etiã q̄ ſibi certa nõ eſſent dice-
ret. A diis immortalibus pacẽ) Authore Platone in Timæo oẽs q mentis
quoquomodo cõpotes ſunt,in opis cuiuſlibet vel magni vel parui principio — Principiũ
deũ inuocare ſolẽt.Idẽ ad Dionis ꝓpinquos ſcribit oĩb⁹in reb⁹ & dicẽdis & co — a deo eſſe
gitãdis pricipiũ ſemp a deo faciẽdũ.Romę quoq; apd ãtiquos, vt lib.2.Valeri⁹ — debet.
tradit,nõ ſolũ publice,ſed etiã priuatim nihil gerebať,niſi auſpicio pri⁹ſũpto.
Bella quoq; ſine auſpicijs geri ſolita nõ eſſe ſatis notũ eſt. Pacẽ ac veniã pe — Pacem ac
tũt).i.bñuolẽtiã,ꝓpitiationẽ fauorẽ auxiliũ.Vt ꝓ C.Rabirio.Quę quũ ita ſint, — veniã pe-
primũ,qd ĩ tãta dimicatiõe capitis famę fortunarũq; oĩm fieri neceſſe eſt, ab — tunt.
Ioue Opt.Max.cęteriſq; dijs deabusq; imortalib⁹,quorũ ope & auxilio multo
magis hęc Reſp.q̄ rõne hoim & cõſilio gubernať,pacẽ ac veniã peto , ꝓcorq;
ab his hodiernũ diẽ & ad hui⁹ ſalutẽ cõſeruãdã,& ad Rẽp.cõſtituẽdã illuxiſſe
patianť.Aliqñ eorũ alterũ tantũ ponitur.Vtrũq; enim in eadẽ re dicitur. T.Li — Expoſcere
uius libro.iii.Iuſſi cum coniugibus ac liberis ſupplicatum ire,pacemq; expo- — pacem.
ſcere deum.Virgilius libro Æneid.tertio,Cecidere animi,nec iam amplius ar
mis.Sed votis precibuſq; expoſcere pacem,Siue deæ,ſeu ſint diræ obſcœnęq;

Exorat pacem. Exquirere pacem. Venia.

volucres. Idem in eodem, Hic Helen⁹ cęſis primũ de more iuuẽcis Exorat pacem diuum. Idem lib. 4. Principio delubra adeũt, pacemq́; per aras Exquirũt, mactant lectas de more bidẽtes. Apud eũdẽ lib. x. Venus ad Iouẽ, Si ſine pace tua, atq; inuito numine Troes Italiam petiere luant peccata. Veniã pro pacẽ in hac re dictam proprie verbũ eſſe põtificale. vnde, Tu modo poſce deos veniam. Et paulopoſt, Pacemq́; per aras Exquirũt. Seruius ſcribit enarrans locum illum ex lib. Aenei. j. Cuncti nã lecti nauibus ibant Orãtes veniã, & templum clamore petebant. Virg. lib. æneid. 4. Extremã hanc oro veniam, miſerere ſororis. Idq; de hominibus quoq; dicitur, q̃uis pax de dijs in hac re præcipue dicatur. Et idem lib. x. Vnũ hoc, per ſiqua eſt victis venia hoſtib⁹, oro Corpus humo patiare tegi. Idem in lib. Georg. 4. vtrũq; poſuit, Tu munera ſupplex Tende petens pacem & faciles venerare Napæas. Nãq; dabunt veniã votis, iraſq; remittent. Pacem beneficium & beneuolentiam Seruius exponit in his locis fere omnibus. Inde arbitror profectum vt Cicero aliiq́; ſæpe dicant, pace tua, & venia tua: & T. Liuius lib. 38. pace deum: tanq̃ ſit, cum beneuolentia tua dixerim. Nam etiam cum pace, & cum venia dicitur.

Pace tua. Venia tua. Pace deũ.

Gallorum impietas.

Hæ ſunt nationes, quę quondam tam longe ab ſuis ſedibus, Delphos vſq; ad Apollinẽ Pythium, atq; ad oraculũ orbis terrę vexandũ, ac ſpoliandũ profectę ſunt. Ab iiſdẽ gẽtib⁹ ſanctis, & in teſtimonio religioſis, obſeſſum Capitolium eſt, atq; ille Iupiter, cuius nomine maiores noſtri ſanctam teſtimoniorum fidẽ eſſe voluerũt. Poſtremo his q̃cq̃ ſanctum, ac religioſum videri poteſt? qui etiã ſiquando aliquo metu adducti deos placandos eſſe arbitrantur, humanis hoſtiis eorum aras, ac tẽpla funeſtant: vt ne religionẽ quidẽ colere poſſint, niſi eam ipſam prius ſcelere violarit. Quis enim ignorat eos, vſq; ad hãc diẽ, retinere illã immanẽ ac barbarã conſuetudinem hominum immolãdorum?

Delphi in medio terræ. Delphicũ templum. Brennus.

Tam longe ab ſuis ſedibus.) Delphi in medio vniuerſę Græcię & toti⁹ orbis terrarum eſſe quodammodo videntur. Ideo terræ vmbilicũ appellabant veteres. Scripſit Pindarus aquilas duas eodem tempore ab Ioue dimiſſas, alteram ab oriente, alteram ab occidente, ſibique hoc loco factas eſſe obuias. Erat q́; in templo Apollinis ſuſpenſus quidam vmbilicus, cui duæ aquilę incumbebãt. Author eſt Strabo lib. ix. Delphos vſq; ad Apollinem Pythiũ) Templum Apollinis Delphicum fuiſſe opulentiſſimũ, theſaurosq́; ibi a populis & regibus collocatos fuiſſe idem Strabo eodẽ libro ſcribit. Galli ſpe prædę allecti Delphos venerũt. Eorum dux Brẽnus Apollinis templum ingreſſus dei volũtate in ſe manus vertit, vt ait Valerius Maxim⁹ lib. j. titulo de ne

glecta religione. Obſeſſum Capitoliũ eſt)Vrbem Romam a Gallis Senoni-
bus captam,& Capitoliũ obſeſſum fuiſſe magis notũ eſt, quã vt ſcribendũ ſit.
Q; aũt Gallos vituperat Cicero,q; Capitolium,in quo Iouis tẽplũ erat,obſe-
derunt,videat q̃ late genus hoc vituperatiõis ad Romanos pertineat,q nul-
la etiã iniuria laceſſiti vrbes infinitas nõ modo obſederũt,ſed etiã diripuerũt.
In quibus aliquid fuiſſe religionis credẽdũ eſt.Nulla enim gẽs tã fera, nemo
omniũ eſt tã immanis,cuius mentẽ nõ imbuerit deorũ religio, vt ait Cicero
in lib.Tuſculanarum quæſt.j. Ille Iupiter) Capitolin⁹ ſcilicet. Cuius nomi-
ne maiores noſtri) iudices & teſtes in leges iurare ſolitos apud Aſconiũ Pędia
num eſt.Magiſtratus quoq; plus qnq; dies,niſi qui iuraſſet in leges non lice-
bat gerere,vt ait Titus Liuius lib.31.Hic tamen dicit Cicero morem veterũ
fuiſſe,vt p Iouẽ teſtes iurarẽt Authore A.Gellio lib.1.iuſiurandum per Iouẽ
Lapideum habitum eſt ſanctiſſimum.Lapidem ſilicẽ,vt ait Sex. Pompeius
tenebant iuraturi per Iouem hæc verba dicentes,Si ſciens fallo,tũ me Dieſpi
ter ſalua vrbe arceq; bonis eiiciat,vt ego hunc lapidẽ. Sanctam teſtimonio-
rum fidem.) Deã Fidem coluerunt Romani quã in Capitolio vicinam Io-
uis Opt.Max.eſſe voluerũt:quã Iouis iuſiurandũ Ennius appellat, vt ait Ci
cero lib.de Officijs.3. Siquando aliquo metu adducti.) C.Cæſar libro Com-
mentariorũ de bello Galico ſexto,Gallos laudat,quo nomine Cicero hoc lo-
co vituperat.Natio eſt,inquit,Gallorum omnium admodum dedita religio
nib⁹.Atq; ob eã cauſam,qui ſunt affecti grauioribus morbis, quiq; in prælijs
periculiſq; verſant̃,aut pro victimis homines immolãt, aut ſe immolaturos
vouent:adminiſtriſq; ad ea ſacrificia Druidibus vtũtur:q; pro vita hominis
niſi vita hominis reddatur,non poſſe deorum immortalium numen placa-
ri arbitrant̃.Publiceq; eiuſdẽ generis habẽt inſtituta ſacrificia. Alij immani ma
gnitudine ſimulacra habẽt,quorũ contexta viminibus membra viuis homi
nibus complent.Quibus ſuccenſis circunuenti flamma exanimantur homi-
nes. Supplicia eorũ qui in furto aut in latrocinio,aut in aliqua noxa ſunt,de
pręhenſi,gratiora dijs immortalib⁹ eſſe arbitrantur.Sed quũ eius generis co-
pia defecit, etiã ad innocentiũ ſupplicia deſcẽdũt. Euſebius in libro de Euan-
gelica p̃paratione quarto multos enumerat qui homines diis immolare ſoli
ti ſunt,vt Heliopolitanos,Chios, Arabes. Praeterea eodem authore Scythæ
aduenas oẽs Dianę,Syri in Laodicea virginem Palladi,Salaminij hominem
Diomedi,Arcades Pani Lyceo, Lacedęmonij Marti,Cretẽſes Ioui , Romani
Ioui Latiali,Pelaſgi & Aborigines in Italia Ioui atq; Apollini, Itali Rhodii
Phœnices Curetes Carthaginẽſes & Galli Saturno. Oẽs Græci anteq̃ ad bel
la exirẽt,hominem mactabant. Aliquo metu)quum ægrotarent,aut pericli-
tarentur. Funeſtant).i.funere & cęde polluũt. Romani veteres pollutũ exi-
ſtimabant eum qui mortuum vidiſſet. vt apud Virgilium in lib.Aeneid.vi.
Troianos eos qui in Miſeni funere fuerant Coryneus pura circũtulit vnda-
Spargẽs rore leui,& ramo felicis oliuę,Luſtrauitq; viros. Authore Seruio lib.
tertio ramum cupreſſi Romę ante domũ funeſtam ponebant,ne quis Ponti-
fex per ignorantiã ingreſſus pollueretur.Eſt aũt funeſta domus in qua quis

Iudices & teſtes iurabant in leges.

Teſtes iurabãt per Iouem.

Iupiter lapis.

Fides dea.

Galli religioſi.

Galli immolãt homines.

Hoĩes immolare q̃bus religio fuerit.

Funeſta domus.

mortuus ſit, ideoq; polluta. T. Liuius lib. 2. Aegrius q̄ dignum erat tulere Va
lerii neceſſarij dedicationem tam inclyti templi Horatio dari. Id omnib⁹ mo
dis impedire conati, poſteaq̄ alia fruſtra tentata erant, poſtem iam tenēti Cō
ſuli fœdum interpretationem deum nuncium incutiunt, mortuum eius fi
lium eſſe, funeſtaq; familia dedicare eum templum non poſſe. Idem funeſtū
Funeſtū bellū̄ aſperū & mortiferum lib. 35. appellat. Dū integra oīa eſſent, verbis potius
bellum & de iis q̄ ambigerent, diſceptarēt, q̄ Aſiam Europamq; ad funeſtū armarēt bel
fatum. lū. Fatū funeſtū Cicero dicit in Oratione pro M. Marcello. Oēs, inqt, q ad illa
arma fato ſumus neſcio quo Reip. miſero funeſtoq; compulſi, etſi aliqua cul
Funeſtare pa tenemur erroris humani, a ſcelere certe liberati ſumus. Inde funeſtare idē
quoq; dicit pro C. Rabirio, Funeſtari concionem contagione carnificis veto.
Vſq; ad hanc diem.) Euſebius lib. de Euangelica pręparatione quarto ſcri
bit hominū imolationes Imperatoris Adriani tēporibus vbiq; fere ceſſaſſe.

Quāobrem quali fide, quali pietate exiſtimatis eſſe eos qui etiam deos immortales arbitrentur hominum ſcelere & ſanguine facillime poſſe placari? cum his vos teſtib⁹ veſtram religionem cōiungetis? ab his quicq̄ ſancte, aut moderate dictum putabitis? hoc veſtræ mētes tam caſtæ, tam integræ ſibi ſuſcipient? vt cum omnes Legati noſtri, qui illo triennio in Galliam venerunt: omnes Equites Romani, qui in illa prouincia fuerunt: omnes negociatores eius prouinciæ: deniq; omnes in Gallia, qui ſunt ſocii populi Romani atq; amici, M. Fonteium incolumem eſſe cupiāt: iurati priuatim & publice laudent: vos tamen Gallis credere malitis? Quid vt ſecuti eſſe videamini, voluntatemne hominum? grauior igitur vobis erit hoſtium voluntas, q̄ ciuium? an dignitatem teſtium? poteſtis igitur ignotos notis, iniquos æquis, alienigenas domeſticis, cupidos moderatis, mercenarios gratuitis, impios religioſis, inimiciſſimos huic imperio ac nomini, bonis ac fidelib⁹, & ſociis & ciuibus anteferre? An vero dubitatis Iudices, quin inſitas inimicitias iſtæ gentes omnes, & habeant & gerant cū populi Rom. nomine? ſic exiſtimatis eos hic ſagatos brachatosq; verſari animo demiſſo atq; humili, vt ſolēt ii, q affe

Sagatus.

ĉtí iniuriís, ad opem iudícum ſupplices ínferioresꝗ; confu giunt? nihil vero minus. hi contra vagantur læti atꝗ; ere ĉti paſſim toto foro, cum quibuſdam minis & barbaro at ꝗ; immani terrore verborum.

Quali fide, quali pietate) Ex repugnantibus enthymema eſt. Cũ his vos teſtibus &c.) .i. An cũ horũ teſtiũ iureiurãdo veſtrũ iuſiurãdũ cõiõgetis? An ſcdm hos teſtes vos iurati ſentẽtiã feretis? Vt quũ oẽs Legati) ab indecẽti arguit.
Oẽs eqtes Romani) .i. publicani. Negociatores) .i. ciues Romani, q in Gallia negociabãtur. Qui ſunt ſocii) vt Maſſilieſes. Iurati.) Nã teſtes ſunt. Publice laudẽt.) Hi enim a ſuis Legati miſſi ſunt cũ publica Fontei laudatione.
Grauior igit̃) a repugnãtibus arguit. Mercenarios.) Mercenarii dicũtur ii q mercedis cauſa aliqd faciũt, qbus vtimur ad operã exigẽdã & iuſta prębẽda, vt ait Cic. in li de Officiis. j. Quo eodẽ in li. authore illiberales & ſordidi q̃ſtus mercenariorũ omniũ, quorꝫ opera nõ quorꝫ artes emũtur. Eſt eñ in illis ipſa merces auctoramẽtũ ſeruitutis. Eſt igit̃ mercenarius q aliqd cauſa q̃ſtus facit vt mercenarius miles comes, teſtis patronus. T. Liuius lib. 24. Id modo eius anni in Hiſpania ad memoriã inſigne eſt, ꝙ mercenarium militẽ caſtris neminẽ, anteq̃ tũ Celtiberos, Romani habuere. Cicero in oratione in L. Piſonẽ, Tribuit ſe mercenariũ comitẽ Regi Alexãdrino. Idẽ li. Epiſt. familiarũ. 3. De mercenarijs teſtibus a ſuis ciuitatibus notãdis, niſi iã aliqd factũ eſt per Flaccũ fiet a me, quũ per Aſiã decedã. Salluſtius in Cic. Homo leuiſſimus, ſupplex inimicis, amicis cõtumelioſus, modo harũ modo illarũ partiũ, nemini fidus, leuiſſim⁹ Senator, mercenari⁹ patron⁹. Numarios Iudices Cic. ꝓ A. Cluẽtio in eadẽ fere re dicit eos qui ob rẽ iudicãdã pecuniã acceperint. i. corruptos. Varia, inqt, iudicũ gr̃a, numarii pauci, ſed omnes irati. Contra gratuitus dicitur is qui aliquid gratis facit. Inde gratuito progratis dicitur. Cicero in libro de Offi. ſecundo, Diſerti igit̃ is hominis & facile laborãtis, qdq; in patrijs eſt moribus, multorũ cauſas nõ grauate ſed gratuito defendẽtis, beneficia & patrocinia late patẽt. Inſitas inimicitias) .i. naturales. tãq̃ natura inſitas & ingeneratas, ab inſerẽdo. Vt in actiõe in C. Verrẽ. 5. Ita ſerpit illud inſitũ in natura malũ cõſuetudine peccãdi libera, finẽ vt audacię ſtatuere ipſe ſibi nõ poſſit. Inſitũ itẽ, vt ait Sex. Põpeius, aliquãdo ſignificat impoſitũ. In ea re dicit̃ a Salluſtio cõtra Ciceronẽ, Atq; in hoc ordine ita moderatur, quaſi vnus reliquus ex familia viri clariſſimi Scipionis Africani ac nõ reptitius, accitus, & paulo ante inſitus huic vrbi ciuis. Sagatos.) Sagũ, vt ait Nonius Marcellus, veſtimẽtũ militare eſt. Ideoq; Ro. ĩ tumultu ſaga ſumebãt, q̃ finito metu deponebãt. Vt in belli Italici initio eos ſumpſiſſe, poſtea Sãmnitibus a L. Cęſare victis depoſuiſſe, T. Liuius lib. lxxij. & lxxiij. ſcribit. Inde ſagulũ per diminutionẽ dicit̃. Morẽ Gallorũ fuiſſe vt ſagula virgata gererẽt, hyeme quidẽ craſſiora, ęſtate ſubtilia Diodorus Siculus libro. vi. author eſt. Vergilius Æneid. viii. de Gallis. Virgatis lucent ſagulis. Virgata Seruius appellari dicit, ꝙ haberent in vir-

Mercenarij

Mercenarius miles comes, teſtis, patronus.

Numarii Iudices.

Gratuit⁹ & gratuito.

Inſitum.

Sagatus.

Sagula Gallorum.

Virgata ſagula. Brachati Galli

garũ modũ deductas vias. Brachatosq;) Authore Diodoro Siculo lib.6. Galli veſtes intõſas & coloris varij ad terrorẽ ferũt, quas illi vocãt brachas. Sed pter Gallos brachis alios quoq; vſos fuiſſe ne ignores. Ouid. libr. Triſtium.5. de Getis, Pellibus & laxis arcent mala frigora brachis: Oraq; ſunt longis horrida tecta comis. Itemq;, Hos quoq; qui geniti graia creduntur ab vrbe, Pro patrio cultu perſica bracha tegit. Eſt igit bracha fluxa veſtis, intonſa, varij coloris, qua vtuntur ad frigora propulſanda. Huiuſmodi veſtium vſus nautis frequens eſt. Affecti iniuriis) a Prætore vel Conſule. Ad opem Iudicũ) quum accuſant repetundarum. Atq; immani terrore verborum.) Qui vtũtur ſermone cultiore, iis incultus ſermo & barbarus formidabilis videtur.[1]

Bracha quid ſit.

Quod ego profecto nõ crederẽ niſi aliquoties ex ipſis accuſatoribus vobiſcũ ſimul Iudices audiſſem: cũ præciperẽt vt caueretis, ne hoc abſoluto, nouũ aliquod bellũ Gallicũ cõcitaretur. Si M. Fõteiũ Iudices in cauſa deficerẽt omnia: ſi turpi adoleſcẽtia, vita infami, magiſtratibus, quos ante oculos veſtros geſſit, † cõuictus virorũ bonorũ teſtimoniis legationibus flagitioſe obitis, inuitis ſuis omnibus, in iudiciũ vocaretur: ſi in eo iudicio colonorũ pop. Ro. Narbonenſiũ, fideliſſimorũ ſociorũ Maſſilienſiũ, ciuiũ Ro. omniũ teſtimoniis tabuliſq; premeretur: tamẽ eſſet vobis magnopere prouidẽdũ, ne quos ita afflictos a veſtris patribꝰ, maioribuſq; accepiſſetis, vt cõtẽnẽdi eſſent, eos ptimuiſſe, & eorũ minis & terrore cõmoti eſſe videremini. Nunc vero, cũ lędat nemo bonus: laudẽt omnes veſtri ciues atq; ſocii: oppugnẽt ii, qui ſępiſſime hãc vrbẽ & hoc imperiũ oppugnarũt: cũq; inimici M. Fõtei vobis ac pop. Ro. minentur, amici ac propinqui ſupplicẽt vobis: dubitabitis nõ modo veſtris ciuibus, q maxime gloria ac laude ducũtur, verũ etiam exteris nationibus ac gẽtibus oſtẽdere, vos in ſentẽtiis ferẽdis ciui pcere, q̃ hoſti cedere maluiſſe? Magna mehercule cauſa Iudices abſolutiõis cũ cęteris cauſis hęc ẽ, ne q̃ iſignis huic ipio macula atq; ignominia ſuſcipiat, ſi hoc ita platũ erit in Galliã, Senatũ, Eqteſq; po. Ro. nõ teſtimoniis Galloꝝ, ſed minis cõmotos, rẽ ad illoꝝ libidinẽ iudicaſſe.

·. cõiũctis:

Quum ꝑciperēt,vt caueretis.) Oratorũ morē eſſe diximꝰ,vt oſtenderēt niſi hoc vel illo modo iudicēt,quorſum res euētura ſit. Si M.Fōteiũ.) Argumētũ a fictione eſt. Si M.Fōteiũ iudices in cauſa deficerēt oīa).i.ſi oīa Fōteio deeſſēt.ſi cōtra eũ eſſent oīa,ſi nihil ꝓ ſe haberet,quo ſe tutaret̃. Deficere cũ caſu accuſatiuo ꝓ deeſſe & deſtituere ſępe dicitur.vt pro Sex.Roſcio,Hæc tu Eruci tot & tanta ſi nactus eſſes in reo,quandiu diceres?quo te modo iactares?Tēpus Hercule te citius,q̃ oratio deficeret.Idem pro M.Cęlio,Dies iam me deficeret,ſi quæ dici in eam ſententiā poſſunt coner exprimere. Coniunctis.)In codice alio manu ſcripto,lego conuictus,quæ lectio mihi videtur melior,vt ſit ſentētia,Si Fonteius virorũ bonorum teſtimonijs conuictus turpi adoleſcentia,vita infami &c.Nā cōuictus ſceleris ſcelere & de ſcelere dicitur. Legationibus) quas in Macedonia & in Hiſpania eũ obiſſe ex his quę poſtea dicit, coniicere licet. Contemnēdi).i.non metuendi. Qui maxime gloria & laude ducuntur.) Ciuium igitur ignominia erit,ſi vos minis Gallorum permoti Fonteiũ damnaueritis. In ſentētijs ferendis.)Iudex ferre ſententiā,Senator dicere ſentētiam vſitatius dicitur. Hoſti cedere).i.hoſtis voluntati obtēperare,& Gallorũ libidini M.Fonteiũ dedere. Quod autem in codicibus alijs credere ſcriptum ſit,ea lectio aſpernāda non eſt. Nā ſæpe antea dixit credere teſtimonijs pro eo quod eſt ſecũdũ teſtimonia iudicare. Quũ aũt in Fōteij cauſa Galli ipſi teſtes ſunt,quos Fōteij iimicos antea dixit,credere hoſti legi poteſt. Magna me Hercule.) Ex Fonteij damnatione quid euenturũ ſit oſtendit.Ideo abſoluendum potius oſtendit.Id Ciceronem facere ſolitum ante pręcepimus.Quũ aũt Gallica bella Romanis eſſent formidabilia,metuebat Cicero ne metu belli,quod Galli minabantur,permoti iudices Fonteium damnarent. Ignominia ſuſcipiatur.) Vt hic ſuſcipere ignominiam,ita alibi dicit ſuſcipere dolorem gemitũ fraudem. Libro de finibus bonorum & malorũ primo,Dolores ſuſcipiant̃ maiorũ dolorum effugiendorum gratia.In Vatinium teſtem,Vt quicunq; te aſpexiſſet,duplicem dolorem gemitumq; ſuſciperet.In L.Piſonem,Quæ eſt igitur pœna?quod ſupplicium?Id mea ſententia,qđ accidere nemini poteſt niſi nocenti,ſuſcepta fraus,impedita & oppreſſa mēs conſcientia,bonorum omniũ odiũ,nota iuſti Senatus,amiſſio dignitatis. Suſcipere crimen nō idem quod ſuſcipere ignominiā.Id enim Cicero pro C.Rabirio dicit ꝓ eo quod eſt,alienũ factũ crimini datũ ſibi tribuere,& vt vulgo dicũt, cape culpā ſuꝑ ſe. Arguis inqt,occiſum eſſe a C.Rabirio L.Saturniũ.& id C. Rabirius multorũ teſtimonijs Q.Hortēſio copioſiſſime defendēte antea falſũ eſſe docuit.Ego aũt ſi mihi eēt integrũ,ſuſciperē hoc crimē,agnoſcerē,cōfiterer.In eadē re cauſam ſuſcipe idē dicit ꝓ Rege Deiotaro,Hieras qdē cām oēm ſuſcipit,& criminibꝰ illis ꝓ Rege ſe ſupponit reũ.Suſcipe in ſe facinus idē dicit ꝓ A.Cluētio ꝓ eo qđ eſt cōmittere.Quo tādē,inqt,Habitꝰ metu adductꝰ, tātũ in ſe facinꝰ ſuſcipe conatꝰ eſt? Senatũ Eqteſq;.) Nā Iudices erāt Senatores & Eqtes. Ad illorũ libidinē).i.voluntatē.Nā ab eo qđ libet libido dicit̃.Ea q̃uis in mala re fere ſemꝑ dicat̃,tñ i re honeſta dicit Salluſtiꝰ in Catilina,Magiſq; idecoris armis & militaribꝰ eqs,q̃ i ſcortis atq; cōuiuijs libidinē habebāt.

Deficit me tempus.

Cōuictus &c.

Ferre ſententiam,

Dicere ſententiam

Suſcipere ignominiam,dolorem gemitum, fraudem.

Suſcipere crimen.

Suſcipere in ſe facinus.

Libido

Facere bellum.

Ita vero, ſi illi bellũ facere conabuntur, excitãdus nobis erit ab inferis C. Marius, qui Induciomaro iſti minaci atq; arrogãti par in belligerãdo eſſe poſſit: excitãdus Cn. Domitius & Maximus, qui natione Allobrogũ & reliquias, ſuis iterum armis conficiat atq; opprimat: aut quoniam id quidẽ non poteſt, orandus erit nobis amicus meus M. Pletorius, vt ſuos nouos clientes a bello faciẽdo deterreat, vt eorum iratos animos atq; horribiles impetus deprecetur: aut ſi non poterit, M. Fabium ſubſcriptorem eius rogabimus, vt Allobrogum animos mitiget, quoniã apud illos Fabiorum nomen ampliſſimum. Nolunt iſti, aut quieſcere, id quod victi ac ſubacti ſolẽt, aut cum minantur, intelligere ſe populo Romano non metum belli, ſed ſpem triumphi tendere.

Subſcriptor.

Vero.

Excitare ab inferis.

Ita vera.) Vero authore Donato in Commẽtarijs in Eunuchũ Terẽtij, ironię conuenit. Hęc autẽ ironica vidẽtur quę de Mario, Domitio, Maximo excitandis ab inferis, q̃ de Pletorio & Fabio orãdis dicit. Excitãdus ab inferis) .i. in vitam reuocãdus, &, vt vulgo dicũt, reſuſcitãdus. Qua in re perſępe dicitur. vt in Catilinam lib. 2. In tantũ æs alienum inciderunt, vt ſi ſalui eſſe velint, Sylla ſit ijs ab inferis excitandus. Pro Milone, Si is, inquã, potuiſſet, vt quęſtionẽ de morte P. Clodij ferre, ſic ipſum ab inferis excitare. In oratione poſt reditũ in Senatu, Vt haberet in conſilio & fratrem, ab inferis, ſociũ rerũ mearũ & oĩs Metellos pręſtantiſſimos ciues pene ex Acherõte excitatos. Nam quæ iacent excitare doctis dici alio loco ſcribimus, vulgus dicit facere ſurgere, vt excitare feras, lectores, teſtes, conſuetudinẽ, Remp. afflictã. Cicero dicit in lib. de Officijs tertio, Sũt ne igit̃ inſidię, tendere plagas, etiam ſi excitaturus non ſis, nec exagitaturus? Ipſæ enim ferę nullo inſequente ſępe incidunt. In libro de Oratore ſecũdo, Quũ enim Brutus duos lectores excitaſſet. Pro Cn. Planco, Quẽ iudicẽ ex illis aut tacitũ teſtem haberes, aut vero etiam excitares? In foro iudiciali lectores & teſtes ſtabãt, quũ aliquid legebant aut teſtimoniũ dicebãt: alio qui ſedebãt in ſubſelliis. Pro P. Seſtio, Excitauit illam ſuam non ſolutam, ſed ſuſpitione aliqua retardatã conſuetudine Reip. bene gerẽdę. Itemq̃, Vno aſpectu intueri poteſtis eos qui cũ Senatu, cum bonis oĩbus Remp. afflictam exci tarint, & latrocinio domeſtico liberarint. Idẽ in eadem oratione excitare ſuſpitionem pro facere dicit. Atq; hanc ei ſuſpitionem alii literis mittẽdis, alii nũciis, alii corã ipſi excitauerunt. C. Marius) qui Cimbros, Theutonos, Tigurinos, & Ambrones deuicit: quos Germanos & Gallos fuiſſe Eutropius lib. v. ſcribit. Appianus illyrico, Cimbros dicit fuiſſe Celtas Gallos. Hos igitur fuiſſe Gallos nonnulli putauerunt, quorum hic ſententiam ſecutus Cicero eſt. In

Excitare feras teſtes lectores.

Excitare ſuſpitionem.

Belligerare.

belligerãdo.)Belligerare Latinos veteres dixiſſe illud Ennii apud Ciceronẽ i primo de Officiis,Nõ cauponãtes bellũ ſed belligerãtes,ſignificat.Ne tñ hanc vocẽ vſu indignã,ꝙ antiqua ſit, putes, Cicero tibi hoc loco documẽto ſit.Itẽ quę in oratione poſt reditũ ad Quirites,Nobis quaſi aliqua fatali neceſſitate, nõ ſolum cum iis,qui hæc delere voluiſſent,ſed etiam cũ fortuna belligerãdũ fuit.Rhetoricorum ad Herennium author lib.4.ea voce vſus eſt.Socij noſtri quũ belligerare nobiſcum vellent, profecto ratiocinati eſſent etiam atq; etiam quid poſſent facere.Bellãtur pro bellãt antiquo more Virgilium lib. Æneid. 12.in hac ſignificatione dixiſſe Priſcianus lib.8.ſcribit,Pictis bellantur Amazones armis. Excitãdus Cn.Domitius.)Paulo poſt bellũ Numãtinum,& nõ multo ante bellũ Iugurthinũ Allobroges & Aruerni Teutomaliũ Saliuorum Regẽ a C.Seſtio Procõſule victũ exceperunt,eumq; omni ope iuuerũt. Iidem Heduorum pop.Ro.ſociorum agros incurſionibus vaſtauerunt.Ea cauſa fuit cur populus Ro.cum his bellum ſuſceperit,qui a Cn.Domitio Procõſule & a Fabio Maximo Cos. victi ſunt.

Allobroges & Aruerni victi

Sunt qui putent duo bella fuiſſe,prius Allobrogicum a Domitio,poſterius Aruernicum a Fabio confectum.Sed cũ Fabius a deuictis Allobrogibus Allobrogicus cognominatus ſit,id permagnum argumẽtũ eſt Allobrogicũ bellũ ab eo perfectũ.De hoc bello idẽ nõ ſcripſerũt L.Florus li.Epit.3. T.Liuius li.61.& Eutropius li.4.In quo etiã ſcribit Bituitũ Regẽ Aruernorũ.CLXXX.armatorũ milia habẽtẽ,ideoq; Romanorũ paucitatẽ cõtẽnentẽ,vix ad eſcã canibꝰ,quos in agmine habebat,eos ſufficere poſſe iactaſſe

Bituitus.

Authore L.Floro Bituitꝰ in triũpho ductꝰ eſt armis diſcoloribus,& argẽteo carpẽto,qualis pugnauerat. Et Maximus)Q.Fabiꝰ Maximꝰ Pauli Æmilii nepos.Pauli eñ filiorũ alter in Scipionũ,alter ĩ Fabiorũ familiã adoptatus eſt.

Hoſtem cõtẽnere.

Allobrogicus.

Suos nouos cliẽtes.)In hac eñ cauſa Gallorũ patronꝰ erat,quorũ cauſa Fonteiũ accuſabat.Cliẽs ad patronũ refert,patronꝰ eſt q defendit.In cauſis repetũdarũ q accuſat,is defendit eos q vexati ſunt.vt de Siculis quos Verres populatus erat Cicero in Diuinatiõe. Qui,inqt,nũc populati atq; vexati cũ cti ad me publice ſępe venerũt,vt ſuarũ fortunarũ oĩm cauſam defenſionẽq; ſuſciperẽ.Itẽq;,Veniſſe tẽpus aiebãt,nõ iã vt cõmoda ſua, ſed vt vitã ſalutẽq; ꝓuincię defenderẽ.Itẽ nõ multo poſt.Quo in negocio tñ illa me res Iudices cõſolat̃,ꝙ hęc q̃ videt̃ eſſe accuſatio mea,nõ põtiꝰ accuſatio q̃ defenſio ẽ exiſtimãda.Defendo.n.multos mortales,multas ciuitates,ꝓuĩciã Siciliã totã.Quãobrẽ ſi mihi vnꝰ ẽ accuſandꝰ,ꝓpemodũ manere ĩ iſtituto meo videor,& nõ oĩno a defẽdẽdis hoĩbꝰ ſubleuãdisq; diſcedere. Depcet̃).i.pcãdo auertat.De hoc verbo Gelliꝰ & Valla ſcripſerũt. M.Fabiũ.) Is fortaſſe ẽ,quẽ Q. Fabiũ Sãgã appellat Sall.ĩ bello Catilinę,cuiꝰ patrocinio vſos plurimũ Allobroges dicit.Nã authore Cice ĩ prĩo de Off.q ciuitates aut natiões deuictas bello ĩ fidẽ cepiſſẽt,earũ patrõi erãt more maioꝝ.Id patrociniũ a poſteris quoq; ſuſceptũ eẽ multis teſtimõiis cõprobatũ ẽ.Nec obſtat ꝙ diuerſis ꝑnoĩbꝰ appellẽt.Nã ĩ ꝑnoĩbꝰ inter ſcriptores nõ ſẽper cõuenit.Vt Cn.Saturninũ T.Liuiꝰ, L.Saturninũ Cicero eũdẽ appellãt.Quẽ Cn.Domitiũ paulo añ appellauit,eũdẽ Sex Domitiũ Eutropiꝰ appellat. Subſcriptorẽ.)Subſcriptor,vt ait Aſconiꝰ Pędianꝰ ẽ q accuſatorẽ adiuuat,q etiã adhibet̃,vt nõ facile corrũpatur accuſator, Tẽdere) .i.oſtendere.

Maledictio autē nihil habet propoſiti, pręter cōtumeliam. Quę ſi petulantius
iactatur, cōuiciū: ſi facetius, vrbanitas nominatur. Quib⁹ verbis ſignificat ma
ledicta ea eſſe crimina vitę ante actę ab accuſatore obiecta, ſed quę cauſæ pro-
pria nō ſint, quę cōuicia ſpeciali vocabulo appellātur ſi petulātius iactata ſint.
In eadē ſentētia Quintilian⁹ eſt lib. 7. Satius eſt, inquit, omni ſi anteactę vitæ
abſtinere cōuicio, q̄ leuib⁹ aut friuolis, aut manifeſto falſis reū inceſſere Quia
fides cęteris detrahit̃, & q nihil obijci, omiſiſſe credi poteſt maledicta, tāq̄ ſuper
uacua. In hac vitę ratione) .i. in adminiſtrāda ꝓuincia. In honoribus). i. in
magiſtratibus. In poteſtatibus. i. in magiſtratibus gerēdis. Poteſtas enim pro Poteſtas
magiſtratu dicitur, vt Tribunitia poteſtas dici ſolet, vt a Cicerone pro P. Se-
ſtio dicit̃ extraordinaria poteſtas, q̄ alicui extraordinem cōmittit̃. Poteſtas, vt
ait Paulus lib. Pandectarū 50. titulo de verborū & rerū ſignificatiōibus plura
ſignificat, in perſona magiſtratuū, imperiū: in perſona liberorū, patriā poteſta
tē: in perſona ſerui, dominiū. In imperijs). i. in magiſtratibus imperiū habē
tibus, quales ſunt Dictatura, Cōſulatus, & Prętura. M. Æmiliū Scaurū.) Is eſt
cuius antea Cicero meminit. Cuius ob recētē memoriā Scaurus filius repetū-
darū reus abſolutus eſt. vt ait Valeri⁹ Max. lib. 8. de iudicijs pręter ſpē. A M.
Bruto.) M. Brutus quū tāto nomine eſſet, patrēq̨ optimū virū habuiſſet, & iu M. Brutus
ris pitiſſimū, accuſationē tn̄ factitauit, vt Athenis Lycurgus. Is magiſtrat⁹ nō accuſator.
petiuit, ſed fuit accuſator vehemēs & moleſtus, vt facile cerneres naturale qd̄
dā ſtirpis bonū degenerauiſſe ſtudio deprauatę volūtatis. Author eſt Cicero
lib. de Claris Oratoribus. Eiuſdē de eodē illa ſunt verba in libr. de Officiis. 2.
Duri eſt hominis, vel potius vix hoīs videt̃, periculū capitis in ferre multis.
Id tū piculoſum ipſi eſt, tū etiā ſordidū ad famā cōmittere vt accuſator temere
nominet̃: qd̄ cōtigit in Bruto ſummo genere nato, illius filio qui iuris ciuilis
imprimis peritus fuit. Q; multa) M. Aquilius vir conſularis, qui Imperator M. Aqui-
fuerat, qui ouans in Capitoliū aſcēderat, repetūdarū accuſatus a M. Antonio lius
defenſus eſt, quē ſordidatū, afflictū, debilitatū, mœrētē, in ſummū diſcrimē ad-
ductū reū excitauit, eiuſq̨ tunicam diſcidit, &, vt Ciceronis verbo vtar, delori
cauit a pectore, & iudicib⁹ cicatrices aduerſas imꝑatoris oſtēdit. Author eſt Ci
cero de Oratore. 2. Idē in orōne ꝓ L. Flacco. M. inqt, Aquiliū patres noſtri mul
tis auaritię criminib⁹ teſtimoniiſq̨ cōuictū, qa cū fugitiuis fortiter bellū geſſe
rat, iudicio liberauerūt. T. Liui⁹ li. 70. & Quint. li. 2. de hoc eodē ſcripſerūt. Hūc
accuſauit P. Lētul⁹ is q Princeps Senat⁹ fuit ſubſcriptore C. Rutilio Ruffo vt
ait Cic. in Diuinatiōe. Q; multa L. Cotta.) P. Scipio Africanus minor poſt L. Cottā
eaq̄ bis Cōſul & Cenſor fuerat L. Cottam in iudiciū vocauit, vt eodem in lo
co ſcribit Cic. Huius cauſa q̄uis criminib⁹ grauiſſimis cōfoſſa eēt, ſepties tn̄ am
pliata eſt, & ad vltimū octauo iudicio abſoluta: vt ait Valerius li. 8, de Iudiciis. P. Rutili⁹.

Deniq; P. Rutil.) P. Rutili⁹ vir ſūmę innocētię, Legat⁹ C. Marij Procōſulis a
publicanorū iniuriis Aſiā defēderat, ob id ordini eq̄ſtri penes quē iudicia erāt
inuiſ⁹ fuit. nā publicani erāt ex eq̄ſtri ordīe. Is igit̃ ab eqtib⁹ dānat⁹ repetūdarū
in exiliū abiit. Author eſt T. Liui⁹ li. 70. Inter viros optimos) Rutilius, autho
re Velleio, non ſeculi ſui modo, ſed omnis antiquitatis vir fuit optimus.

L.Piſo. Frugi tẽporib⁹ nemo nequã

Extat oratio hominis(vt opinio mea fert)noſtrorum hominũ longe ingenioſiſſimi atq; eloquẽtiſſimi,C.Gracchi: qua in oratione permulta in L.Piſonẽ turpia ac flagitioſa dicuntur. At in quẽ virum? qui tanta virtute atq; integritate fuit, vt etiã illis optimis tẽporibus, cum hominẽ inuenire nequam neminem poſſes, ſolus tamen frugi nominaretur: quem cum in concionem Gracchus vocari iuberet, & viator quæreret, quẽ Piſonẽ? q; erãt plures: cogis me inquit dicere inimicum meum frugi. Is igitur vir, quẽ ne inimicus quidẽ ſatis in appellãdo ſignificare poterat, niſi ante laudaſſet: qui vno cognomine declarabatur, non modo quis eſſet, ſed etiã qualis eſſet: tamẽ in falſam atq; iniquã probrorũ inſimulationẽ vocabatur. M.Fõteius ita duab⁹ actionibus accuſatus eſt, vt obiectũ nihil ſit, quo ſignificari veſtigiũ libidinis, petulãtię, crudelitatis, audacię poſſit: non modo nullum facinus huius protulerũt, ſed ne dictũ quidẽ aliquod reprehenderunt. Q; ſi aut quãtam voluntatẽ habent ad hunc opprimendum, aut quantam ad maledicẽdum licentiã, tantum haberent aut ad ementiendum animi, aut ad fingẽdũ ingenii, nõ meliore fortuna ad probra nunc audiẽda Fonteius, q̃ illi, de quibus antea cõmemoraui, fuiſſet. Frugi igitur hominẽ Iudices, frugi inquã, & in omnibus vitę partibus moderatum ac tẽperãtẽ, plenũ pudoris, plenum officii, plenum religionis videtis poſitũ in veſtra fide ac poteſtate: atq; ita, vt cõmiſſus ſit fidei, permiſſus poteſtati. Videte igitur vtrũ ſit æquius, hoiem honeſtiſſimum, virũ fortiſſimum, ciuem optimũ, dedi inimiciſſimis atq; immaniſſimis nationib⁹, an reddi amicis? p̃ſertim cũ tot res ſint, q̃ veſtris animis pro huius innocẽtis ſalute ſupplicent: primũ generis antiquitas, quã Tuſculo ex clariſſimo municipio profectã in monimẽtis rerum

Commiſſus Permiſſus Supplicare.

geſtarũ inciſam ac notatã videmus:tũ aũt continuę Prætu
rę,quę & cęteris ornamentis & exiſtimatione innocentiæ
maxime floruerũt:deinde recẽs memoria parẽtis,cuius ſan
guine non ſolũ Aſculanorũ manus , a qua interfectus eſt:

Vt opinio mea fert)C.Gracchus p̄ſtãtiſſimo ingenio,& flagrãti ſtudio,& do
ctus a puero fuit:quo nemo plenior & ad dicẽdũ vberior fuit.Cuius immatu
ro interitu res Romanę latinęq; literę dãnũ fecerũt.Grãdis eſt verbis,ſapiẽs
ſentẽtijs,gñe toto grauis.Manus extrema nõ acceſſit opib⁹ eius, p̄clare ĩchoa
ta multa,pfecta nõ plane:Author eſt Cicero de claris Oratorib⁹:quẽ legẽdũ,
ſi qſq̄ ali⁹ legẽdus, iuuẽtuti cẽſet.Nõ eñ ſolũ acuere,ſed etiã alere igeniũ põt.
Huius eloquẽtia paſſim a Cicerone ab A.Gellio & a Plutarcho in ei⁹vita cõ-
mẽdat̃. Solus tñ frugi noiaret̃.)Frugalitas a fruge appellata ẽ,qua nihil me-
li⁹e terra orit̃ Ea fortitudinẽ iuſtitiã prudẽtiã tẽperãtiã cõplexa eſt.Q: niſi eo
noie virtutes oẽs cõtinerent̃,nũq̄ illud ita puulgatũ eſſet.vt iã ꝓuerbij locum
obtineret,hoiem frugi oĩa recte facere.Frugalitas niſi tãta eſſet,& ſi ĩis angu
ſtiis,qb⁹ plęriq; putãt,teneret̃,nũq̄ eſſet L.Piſonis cognomẽ tãtope laudatũ.
Author eſt Cic.in lib.Tuſc.queſt.iij.&.iiij.Sed authore Quintiliano lib.j.quũ
M.Cęli⁹ ſe eſſe hoiem frugi vult ꝓbare,nõ qa abſtinẽs ſit,nã id ne mẽtiri qdẽ
poterat:ſed qa vtilis multis.i.fructuoſus ſit,dicit,vñ dicta eſt frugalitas. Fru
gi plęriſq; videt̃ eſſe dictio indeclinabilis,qdã figurate datiuũ eſſe putãt.vt ſit
hõ frugi,i.ad frugẽ,vt ait Priſc.lib.4. Qui idẽ in lib.5.inclinari dicit huic fru
gi,hãc frugẽ,ab hac fruge.Nã vetuſtiſſimi,inqt,frux & fruges noiatiuũ ꝓtu-
lerũt. Viatores,vt ait Sex Põpei⁹,ſunt ij q magiſtratib⁹ apparẽt,dicti ꝙ anti
quitus,quũ agri in ꝓpiquo vrbis erãt,atq; aſſidue hoies ruſticabant̃, crebrior
opa eorũ in via erat,q̄ in vrbe,& ꝙ hoies p eos ex agris plęrũq; vocabãt̃ a ma
giſtratib⁹,eratq; eorũ ab agris ad vrbẽ via frequẽs.Id aũt factũ eſt vocabulum
qa viare ꝓ ire dixerũt veteres. In oib⁹ vitę ptib⁹).i.in tota vita. Tẽperãtẽ)
Tẽperãs,ſed tẽperatior & tẽpatiſſim⁹ dici ſolẽt. Dedi inimiciſſimis natiõib⁹)
.i.ad Gallorũ minas & volũtatẽ dãnari. In monimẽtis rerũ geſtarũ).i.in an-
nalib⁹.Quẽadmodũ authore Aſconio Pædiano Marcellus is q naufragio ad
Africã piit paulo añ cœptũ punicũ bellũ tertiũ,quũ ſtatuas ſibi patriq; & auo
poneret,ĩ monimẽtis aui ſui ad honoris & virtutis decorẽ ſubſcripſit.Hi Mar
celli noui es Cõſules,auus qnqes,pr̃ ſemel.Itaq; neq; mẽtit⁹ eſt,& apđ impitio
res patris vi ſplẽdorẽ auxit familię ſuę,vel i ſtatuis. Videte igit̃) Cõcluſio eſt
p cõmiſeratiõnẽ. Tũ).i.deinde. Cõtinuę p̄turę)quas ꝓauus,auus,pr̃ ordine
geſſerũt,nec tñ Cõſules facti ſunt. Recẽs memoria parẽtis)Authore Quin
til.li.6.reũ bñficia maiorũ cõmẽdãt.Quo Cic.atq; Aſini⁹ certatim vſi ſunt ꝓ
Scauro,patre hic,ille ꝓ filio. Aſculanorũ man⁹.)Quũ ſũma cupiditate ciui
tatis Romanę Italici populi tenerent̃,ob idq; magna pars eorũ ꝓ ciuib⁹ Rõa-
nis ſe gereret,P.Licini⁹ Craſſus & Q Mutius Scæuola Cõſules tulerñt legẽ de
redigũdis ĩ ſua ciuitate ſocijs.ſ.vt in ſuę qſq; ciuitatis ius redigeret̃.Verũ ea lege
ita alienati ſũt animi Pricipũ Italicorũ populorũ,vt ea vel maxima cauſa fue

C.Gracchi eloquẽtia.

Frugalitas.

L.Piſo Frugi.

Viatores.

Italicum bellum.

rit,belli Italici,quod poſt trienniũ exortũ eſt.Non multo poſt M.Liuius Druſus trib.pl.Italicos ſpe ciuitatis illexit. Quũ pmiſſa Italicis ciuitas pſtari nõ poſſet,irati Italici defectionem agitauere. Omne Latiũ,Picenũ, Etruria,Cãpania,ois deniq; Italia cõtra Remanos coniurauit.Initio belli a Picẽtib⁹ orto,

M.Fõtei⁹. Aſculi in ipſa ludorũ frequentia Seruius Sulpitius Prętor & M.Fonte⁹ Legatus occiſi ſunt.Propterea in exitu belli Aſculũ Põpeii virtute captũ euerſum eſt.

Aſculum. Authores ſunt Aſconius,Velleius,L. Florus,& T.Liuius.Eſt aũt Aſculum nobiliſſima Piceni colonia,vt ait Plin.lib.iij

Sed totum illud ſociale bellum macula ſceleris imbutũ eſt:poſtremo ipſe,cũ in oĩbus vitæ partibus honeſtus atq; integer,tũ in re militari cum ſummi cõſilii & maximi animi,tũ vero vſu quoq; bellorum gerendorum in primis eorum hominũ,qui nunc ſunt,exercitus. Quare ſi etiam mo-

Exercitus nẽdi eſtis a me,qđ nõ eſtis Iudices, videor hoc leuiter pro mea auctoritate vobis pcipere poſſe,vt ex eo genere homines,quorũ cognita virtus,induſtria,felicitas in re militari ſit,diligẽter vobis retinẽdos exiſtimetis: fuit eñ maior talíũ virorum in hac Rep.copia:quæ cum eſſet,tamen eorũ non modo ſaluti,ſed etiam honori conſulebatur: qd nunc faciẽdũ eſt,ſtudiis militaribus apud iuuẽtutẽ obſoletis:hominibus aũt ac ſummis ducibus partim ętate,partim ciuitatis diſcordiis ac Reip.calamitate cõſumptis? cũ tot bella aut a nobis neceſſario ſuſcipiant̃,aut ſubito atq; iprouiſa naſcãt̃:nõne & hoiem ipſũ ad dubia reip.tẽpora reſeruãdũ & cęteros ſtudio laudis,ac virtutis iflãmãdos putatis?

Sociale bellũ)ab aliis ſociale,ab aliis Italicũ bellũ appellatũ eſt, qđ cũ ſociis & Italicis geſtũ ſit. Imbutũ).i.infectũ & inquinatũ.Huius eñ ſceleris.i.Legati oc-

Imbuere. ciſi macula totũ bellũ ſociale cõtaminatũ eſt. Imbuere qđ eſt primã tĩcturã dare vel madefacere.Imbuere vt ait Seruius.pprie eſt initiare & inchoare.Inde imbutũ literis & morib⁹ dicimus p inſtituto.Cicero in primo de Officiis,Plerũq; aũt parẽtũ pręceptis imbuti ad eorũ cõſuetudinẽ morẽq; deducimur. Idẽ in Philippica.x.Nos ita a maiorib⁹ inſtituti atq; imbuti ſumus, vt oĩa cõſilia atq; facta ad virtutẽ atq; dignitatẽ referamus.In mala quoq; re id verbũ vſur-

Imbuere ĩ mala re dicitur. pamus.Nã imbuere ſcelere odio veneno ſanguine crudelitate dicim⁹.Cic.pro Milone,Milonẽ nullo ſcelere imbutũ,nullo metu pterritũ,nulla cõſciẽtia exanimatũ Romã reuertiſſe.Idẽ p domo ſua ad Põtifices,Qui parietibus,qui te

ctis,qui colũnis ac poſtibꝰ meis horrificũ quoddã & nefariũ om̃i imbutũ odio
bellũ intuliſtis. T. Liuiꝰ lib.4. Impigrũ iuuenẽ etiã inde ab incunabulis ĩbutũ
odio Trib.pl. Salluſt.in Catilina, Auaritia pecunię ſtudiũ habet,quã nemo ſa
piẽs concupiuit. Ea quaſi venenis malis imbuta corpus animũq; virileq; effœ
minat. Cic.pro Milone, Eadẽ nunc crebro vſurpatur,poſteaq̃ latronis & parri
cidę ſanguine imbuta eſt. Idẽ Philippica.14. Imbuti ſanguine gladii P.C.le-
gionũ exercituũq; noſtrorum,vel madefacti potius duorũ Conſulũ tertio Cę-
ſaris prębio. Idẽ Philippica.5. Quũ aũt ſemel gladiũ ſcelere imbuiſſet, nulla res
ei finẽ cędẽdi,niſi defatigatio & ſatietas attuliſſet. Idẽ Philip.3. Hac ille crude-
litate imbutus,quũ multo bonis omnibus veniret iratior,q̃ illis fuerat, quos
trucidarat. Quũ ſummi cõſilij) illa in bono Imperatore neceſſaria ſũt,cõſiliũ,
virtus,& exercitatio. Exercitus) Exercitũ hic lib. Epiſt.ad Atticũ.14. exercita   Exercitꝰ &
tũ appellat,quę vox vſitatior eſt. Hęc,inquit, cõſcripſi apud Veſtoriũ hominẽ   Exercitatꝰ.
remotũ a Dialecticis,in Arithmeticis ſatis exercitatũ. Idẽ cõtra inexercitatũ
dicit in lib. Tuſc.Quęſt.2. Adduc pari animo inexercitatũ militẽ,mulier vide   Inexerci-
bitur. Et paulo poſt, Videmus ex acie efferri ſępe ſaucios, & quidẽ rudẽ illũ &   tatus.
inexercitatũ q̃uis leui ictu ploratus turpiſſimos edere. At vero ille exercita-
tus,& vetus,ob eãq; rẽ fortior medicũ modo requirit a quo obligetur. Quod
non eſtis) Fiduciam & ſecuritatem cauſæ tollit Cicero, quæ iudicibus odio-
ſa ſunt,ne iudicibus ipſe pręſcribere videatur, quam laturi ſententiam ſint.

Vt ex eo genere homines) Quum pauci Romę ciues bellicoſi ſint, qui exer-
citus poſſint ducere, Fonteiũ ad dubia reip. tẽpora reſeruãdum ſuadet. Virtꝰ)
.i. fortitudo. Fortitudinẽ in periculis,induſtriã in agẽdo,& felicitatẽ in re mi-
litari in imperatore eſſe debere, Cic. pro lege Manilia ſcribit. Taliũ virorũ .i.
bellicoſorũ qualis Fõteius eſt. Studiis militaribus apud iuuẽtutẽ obſoletis)
.i. iuuenibus rẽ militarẽ cõtẽnẽtibus, ideoq; in ea ſe nihil exercẽtibus. Quãtũ
huiuſmodi exercitatio valeat, Vegetius lib.1. qualis militum in bello exerci-
tatio ſit, indeq; exercitũ appellatũ, Cicero ſcribit lib. Tuſc. diſputationũ.2. A-
pud iuuẽtutẽ) .i. apud milites. Alibi eñ ſcribimus Iuuenes eiſe ab anno ętaa-
tis.17. ad. xlvi. quo tẽpore ad rẽ militarẽ aptus ſit. Inde iuuenes pro militibus
a Latinis ſępe dici. Obſoletis) .i. ãtiquatis deſitis & neglectis, Obſoleo, vt ait
Priſc. lib.9. ab obs & oleo, ſicut obſcenus ab obs & canẽdo vel cœno, vel ἀπὸ τοῦ   Obſoleſce-
κινός, vnde & inquino. Obſoleſcere res proprie dicimus,quę propter antiquita   re.i
tem male oleant, vel ſordes cõtrahant vel inquinẽtur. vt in oratione pro P.
Seſtio de virtute. Quę, inquit, in tempeſtate quieta eſt, & lucet in tenebris,
& pulſa loco manet tamẽ atq; hęret in patria, ſplẽdetq; per ſeſe ſemper, neq;   Obſoletꝰ
alienis vnq̃ ſordibꝰ obſoleſcit. Obſoletus veſtitꝰ eſt ſordidus vel antiquitate   veſtitꝰ &c.
vel negligẽtia. Cic. in Rullũ ad Quirites, Iã deſignatus,alio vultu,alio vocis
ſono,alio inceſſu eſſe meditabatur, veſtitu obſoletiore,corpore inculto & hor
rido. Obſoleta crimina vetuſta & antiqua idẽ appellat. Actione in C. Verrẽ.7.
Nõ vult po. Ro. obſoletis criminibꝰ accuſari Verrẽ, noua poſtulat, inaudita deſi-
derat. Sũmis ducibꝰ .i. optimis Imperatoribꝰ. Ætate) .i. ſenectute Ciuitatis
diſcordijs) .i. bellis ciuilibus, Syllę & Marij, Cinnę & Octauij, Lepidi & Catuli.

Recordamini quos Legatos nuper in bello L. Iulius, quos P. Rutilius, quos L. Cato, quos Cn. Pōpeius habuerit, ſcietis fuiſſe tū M. Cornutū, L. Cinnā, L. Syllā Prætorios homines, belligerēdi pitiſſimos: ꝓterea C. Mariū, P. Didiū. Q. Catulū, P. Craſſum, nō literis homines ad rei militaris ſciētiā, ſed rebus geſtis ac eruditos. Age vero nūc inferte oculos in curiā, introſpicite penitus in omnis reip. partes: vtrū videtis nihil poſſe accidere, vt tales viri deſiderādi ſint an, ſi acciderit, eorū hominū copia po. Ro. abundare? Quę ſi diligēter attēdetis, profecto Iudices virū ad labores belli impigrū, ad pericula fortē, ad vſum ac diſciplinā peritū ad cōſilia prudētē, ad caſum fortunāq; felicē, domi vobis ac liberis veſtris retinere, q̄ inimiciſſimis reip. nationibus & crudeliſſimis, tradere & condēnare maletis. At infeſtis prope ſignis inferūtur Galli in Fonteiū, & inſta nt, atq; vrgēt ſummo cū ſtudio, ſumma cū audacia: nos vero Iudices & multis & firmis pręſidiis, vobis adiutoribus iſti immani atq; intolerādę barbarię reſiſtemus. Primū obiicitur cōtra iſtorū impetus Macedonia fidelis & amica pop. Rom. prouincia: quę cū ſe ac ſuas vrbes nō ſolū conſilio, ſed etiā manu Fōteii cōſeruatā eſſe dicat: vt illa per hūc a Thracū aduentu ac depopulatione defenſa, ſic ab huius nūc capite Gallorū impetus terroresq; depellit. Conſtituitur ex altera parte vlterior Hiſpania: quæ profecto nō modo religione ſua reſiſtere iſtorū cupiditati poteſt, ſed etiā ſceleratorū hominū periuria teſtimoniis ac laudationibus ſuis refutare. Atq; ex ipſa etiā Gallia fideliſſima & grauiſſima auxilia ſumūtur. Venit huic ſubſidio miſero atq; innocēti Maſſilienſiū cuncta ciuitas, quę nō ſolum ob eā cauſam laborat, vt huic, a quo ipſa ſeruata eſt, parē gratiā referre videatur: ſed etiam, ꝙ ea conditione atq; eo fato ſe in his terris

collocatam eſſe arbitratur,nequid noſtris hominibus iſtæ gentes nocere poſſint.

Recordamini)Bellũ Italicũ ãnos tres durauit,quo in bello Romani viri cla riſſimi interierunt:Cõſules,L.Iulius Cęſar C.Cęſaris oratoris frater,P.Ruti lius eius collega,& L.Porciꝰ Cato collega Põpeii:Legati,Q.Cœpio,A.Poſthu mius Albinus,Sulpitiꝰ,A.Gabiniꝰ.Authores ſunt Asconiꝰ,Velleius,& T.Li uius.Impatotibꝰ aũt Legatos dari ex oõne ꝓ lege Manilia ſatis cognitũ eſt. Italici be li ꝑnicies.

Quos Cn.Põpeius)Hic eſt Cn.Põpeiꝰ Strabo Cn.Põpeij Magni pater. M. Cornutũ &c.)Hi tres Legati erãt Prętorij.De Sylla tãtũ legi, ꝙ in hoc bello Legatus fuerit,quodq; anno ante Pręturã functus ſit.Id aũt Velleius ſcribit.

Præterea C.Mariũ &c.)Solum ex his C.Mariũ T.Liuius nominat,qui fuit Legatus P.Rutilij. Nõ literis hoĩes) In oñi fere diſciplinę genere illud cõ tingit,vt ea q̃ vſu & exercitatione percipiunť,certiora ſint iis,q̃ literis & ꝑce ptoribus diſcunť.Itaq; Cic.pro lege Manilia quũ probat Cn.Põpeiũ rei milita ris eſſe ſciẽtiſſimũ,docet eũ quũ militãdo,tũ ſępiſſime imperãdo hãc diſcipli nã ꝑcepiſſe.Cuius,inquit,adoleſcẽtia ad ſciẽtiã rei militaris non alienis ꝑce ptis,ſed ſuis imperijs:non offenſionibꝰ belli,ſed victorijs: nõ ſtipẽdiis,ſed triũ phis eſt tradita.Hos igiť Conſulũ Legatos militaris diſciplinę fuiſſe peritiſſi mos ſignificat,qui iam oẽs interciderũt. Age inferte) Putauit Laurẽtiꝰ Val la age ſingularẽ numerũ,agite pluralẽ deſiderare. Verũ apud Ciceronem age Age infer cũ impatiuo numeri pluralis adiũctũ ſępe inuenias. vt pro lege Manilia,Age te. vero,cęteris in rebus quali ſit tẽperãtia conſiderate. Itẽ pro Milone,Age nũc iter expediti latronis cũ Milonis impedimẽtis cõſiderate. Illud addamus, qđ contra multorũ opinionẽ eſt,agite iungi etiã cũ prima numeri pluralis.Virg. lib.æneid.5.Ergo agite,& cũcti lætũ celebremus honorẽ.Et lib.7.Quare agite & primo lęti cũ lumine ſolis,Quæ loca,qui ſe habeãt hoĩes,vbi mœnia gentis Veſtigemus. Inferre oculos in curiã) Senatus eñ conſilio bella ſuſcipiebanť.

Nihil).i.nullũ bellũ. Ad labores belli impigrũ) Illa in Impatore eſſe debe rẽ Cicero ſcribit ꝓ lege Manilia.Laborẽ in nęgociis,induſtriam in agẽdo, for titudinẽ in periculis,rei militaris ſciẽtiã,cõſiliũ in prouidẽdo,& felicitatẽ. At Infeſtis infeſtis prope ſignis)Quia Galli Fõteiũ inſtãter vrgẽterq; perſequebanť,Ci ſignis. cero metuebat,ne horũ metu Fõteius dãnareť: ideo in cõcluſione quoq; obie ctionẽ ꝓpoſitã diluit.Gallisq; Fõteium opprimere conãtibꝰ opponit Macedo nes,Hiſpanos,Maſſiliẽſes,Narbonẽſes,ciues Rõanos,Gallię publicanos,agri colas pecuarios,q volũt Fõteiũ abſolui. Infeſtis ꝓpe ſignis)Metaphora eſt,in qua hic diutiꝰ ꝑſtitit.Infeſtꝰ,vt ex Nigidio ſcribit A.Gell.is eſt q inſtat alicui, eũq; ꝓperãs vrget,opprimereq; eũ ſtudet feſtinatq;.idq; a feſtinãdo diciť. Paſſi ue quoq; idẽ verbũ diciť. Firmis ꝑſidiis).i.validis.Firma.n.ꝑſidia Cicero,vt Firma pre firmas nuptias Terentiꝰ appellare ſolet. Manu Fontei) Q̃ Fonteius in Ma ſidia. cedonia & in Hiſpania bellũ geſſerit,nuſq̃ legi. A Thracũ aduentu)Thraces Macedoniã ſępe populati ſunt. Religione).i.iureiurando & teſtimonio. Se in his terris collocatam) Maſſiliã Phocẽſiũ coloniã eſſe Strabo lib.4.author eſt.Ne qđ noſtris hominibꝰ) Maſſilia quãtũ po.Ro.vtilis fuerit, antediximꝰ.

Tpugnat †Propugnat pariter pro ſalute M. Fonteii Narbonenſis
Colonia, quæ per hunc ipſa nuper obſidione hoſtiũ libera
tà, nũc eiuſdẽ miſeriis ac periculis commouetur: deniq;, vt
oportet bello Gallico, vt maiorum iura moresq; præſcri-
bũt, nemo eſt ciuis Romanus, qui ſibi vlla excuſatiõe vtẽ
dum putet: omnes illius prouinciæ publicani, agricolę, pe
cuarii, cęteri negociatores, vno animo M. Fonteiũ atq; vna
Inducio- marus. voce defendunt. Q; ſi tantas auxiliorum noſtrorũ copias
Inducíomarus ipſe deſpexerit, dux Allobrogum, cætero-
rumq; Gallorũ, num etiam de matris hũc cõplexu lectiſſi
mę miſerrimæq; fœminę vobis inſpectãtibus auellet atq;
German⁹ frater. abſtrahet? prę ſertim cũ virgo Veſtalis ex altera parte ger
manũ fratrem complexa teneat, veſtramq; Iudices ac pop.
Ro. fidem imploret: quæ pro vobis liberiſq; veſtris tot an
nos in diis immortalibꝰ placandis occupata eſt, vt ea nũc
pro ſalute ſua, fratriſq; ſui, animos veſtros placare poſſit:
cui miſeræ quod præſidium, quod ſolatium reliquum eſt,
hoc amiſſo? nam cæteræ fœminæ gignere ipſæ ſibi & ha
bere domi præſidia fortunarum omnium ſocium, partici-
pemq; poſſunt: huic vero virgini quid eſt præter fratrem,
quod aut iucundum, aut charum eſſe poſſit?

Vt maiorũ iura moresq;) Sexagenariis ſacerdotibusq; nullã iure ciuili Ro-
manorũ fuiſſe immunitatẽ in bello Gallico, q̃ aliis in bellis cõceſſa erat, alio lo
co ſcribimꝰ. Oẽs igiť ciues Ro. etiã ſenes, & ſacerdotes Fõteii ſalutẽ defendũt.
Nemo pro nullus. Prę ſcribũt). i. definiũt & cõſtituunt. Nemo eſt ciuis) Nemo pro qđ eſt nullus
p̃ſępe diciť, vt ante diximus: ſed q̃m legẽtibꝰ hæc ſe paſſim offerũt, pauca exẽ
pla ꝓferã. Cicero in lib. Tuſcul. Quęſt. 2. Spartę vero pueri ad arã ſic verberibꝰ
afficiunť, vt multis e viſceribꝰ ſanguis exeat, nõnũq̃ etiã, vt quũ ibi eſſem au
diebã ad necẽ: quorũ nõ mõ nemo exclamauit vnq̃, ſed ne ingemuit q̃dẽ. Idẽ
ꝓ L. Flacco, Q; ſi Flacco Prętore nemo in mari p̃do fuiſſet, tñ huius diligẽtia
rep̃hẽdẽda nõ eſſet. Idẽ in or̃one poſt reditũ in Senatu, Fecit quod nemo vnq̃
tyrãnus. Inde illud eſt, quod ſępe Ciceroni, ſæpiꝰ Terẽtio dicitur, nemo homo
eſt. Inde quoq; illud Virg. eſt lib. Aeneid. 9. Turne quod optãti diuũ promitte
re nemo Auderet, voluẽda dies en attulit vltro. Excuſatiõe) imunitatis ſci-
licet. Auxiliorũ nr̃orũ) q̃bꝰ Fõteiũ tueamur. In rei bellicę trãſlatiõe perſiſtit.

vt per auxilia Macedones Hiſpanos, Maſſilienſes ſignificet. Auxilia enim dicũtur milites ijq̃ a ſocijs vel a fœderatis gentib⁹ mittuntur, vt eſt apud Vegetiũ lib. ij. Num de matris hũc complexu) Authore Quintiliano in lib. vj. in cõmouenda iudicũ miſericordia plurimum momenti habent liberi, parẽtes, cęteriq́ꝫ propinqui. Id pro L. Murena Cicero abunde tractat. Sed ꝙ huic loco nõ oĩno diſſimile eſt paucis pſtringamus. Si Murenã, inq̃t, ſentẽtijs veſtris afflixeritis, quo ſe miſer vertet? an ad matrẽ? quę miſera modo Cõſulẽ oſculata filiũ ſuũ, nũc cruciaſ & ſollicita eſt, ne eũdẽ paulo poſt ſpoliatũ oĩ dignitate cõſpiciat. an in Galliã? quo animo C. Murenã fratrẽ ſuũ aſpiciet? qs hui⁹ dolor? qs illi⁹ mœror erit? q̃ vtriuſq́ꝫ lamẽtatio eſt &c. Hãc aũt Fõteij matrem, eiuſq́ꝫ ſororẽ Fõteiã Veſtalẽ in foro iudiciali pſentẽ adfuiſſe ne intelligas. Pudor eñ matronalis atq́ꝫ virginalis eas carere publico cogebat. In forũ iudiciale pudica fœmina venire non ſolebat. Hinc Cicero ꝓ M. Cælio Clodiã mente neſcio qua effrenata atq́ꝫ pcipiti in forũ deferri iudiciũq́ꝫ voluiſſe dicit. Iure quoq́ꝫ ciuili, vt illud addamus cautũ eſt, ne mulier in foro poſtulet. i. cauſam agat. Authore Vlpiano lib. Pãdectarũ. iij. titulo de poſtulãdo Prętoris edictũ fœminas ꝓhibet pro alijs poſtulare, ne cõtra pudicitiã ſexui cõgruentẽ alienis cauſis ſe immiſceãt, nec virilibus officijs funganſ mulieres. Origo aũt introducta eſt a Calphurnia improbiſſima fœmina, q̃ inuerecũde poſtulãs & magiſtratũ inq̃etans, cauſam huic dedit edicto. Atq́ꝫ haud ſcio an hęc Calphurnia ſit ea, quæ apud Valeriũ lib. 8. titulo de mulierib⁹ cauſidicis C. Afrania appellaſ, q̃ in agẽdis cauſis impudẽtia ita abũdabat, vt ꝓ crimine improbis fœminarũ morib⁹ C. Afranię nomen obiicereſ. Fuit eñ facile, vt in alterutro ꝓpter magnã litę ratũ ſimilitudinẽ nomẽ corrũpereſ. Virgo Veſtalis) Fõteia. Germanũ fratrẽ) mutato ordine fratrẽ germanũ alibi Cicero dicit. Actione in Verrẽ. iij. Dixit C. Fãnius eques Romanus frater germanus Q. Titinij iudicis tui, tibi ſe pecuniã dediſſe. Pro M. Cęlio, Vicinũ eius mulieris miraris male audiſſe, cui⁹ frater germanus ſermones iniquorũ effugere non potuit? German⁹ aũt addiſ, ꝙ frater patruelis dicatur, de quo alio loco ſcripſimus, ꝙ q̃ ſororis maritus dicatur frater. Vt Cicero pro domo ſua, & de reſpõſis Aruſpicũ, Q. Metellũ P. Clodij fratrem appellat, ꝙ ei Clodia nupſiſſet. Donatus exponens illud Terentij ex Andria, Si te in germani fratris dilexi loco, germanũ fratrẽ magis q̃ fratrẽ eſſe oſtendit. Non fratris, inquit, ſolũ, ſed etiã germani. Fidem) i. opem & auxiliũ. in qua ſignificatione dicitur in illa quoq́ꝫ exclamatione comica. Dij veſtram fidem. Tot annos) Veſtalis virgo primis annis decẽ diſcebat, alteris miniſtra erat, vltimis docebat poſt hos triginta annos ei nubere licebat. Author eſt Plutarch. i vita Numę Põpilij. In dijs imortalib⁹ placãdis.) Nõ ad deos ſolũ, ſed etiã ad hoĩes placãdos antiq̃ Veſtales adhibere ſolebãt. vt authore Suetonio C. Cęſar Veſtales ad imperãdã a L. Sylla veniã adhibuit. Meſſallina quũ audiret Claudium maritũ ab Hoſtia redire feſtinantẽ ad ipſius pœnam, Vibidiam Veſtalem orauit, vt a Claudio ſibi veniam impetraret. Miſeræ) quæ propter fratris caſum miſera eſt.) Solatium) i. cõſolatio. Sociũ participemq́ꝫ) filium ſcilicet. Huic vero virgini) cui gignere non licet.

Fœmina in foro.

C. Afrania.

German⁹ frater.

Frater ꝓ ſororis marito.

Fides.

Veſtalis virgo.

Veſta mater.

Nolite pati Iudices aras deorũ immortaliũ. Veſtęq́; matris, quotidianis virginis lamentationibus de veſtro iudicio cõmoueri. Proſpicite ne ignis ille ęternus nocturnis Fõteię laboribus vigiliisq́; ſeruatus, ſacerdotis Veſtæ lachrymis extinctus eſſe dicatur. Tendet ad vos virgo Veſtalis manus ſupplices eaſdem, quas pro vobis diis immortalibus tendere conſueuit. cauete ne periculoſum, ſuperbumq́; ſit, eius obſecrationem repudiare, cuius preces ſi dii aſpernarentur, hęc ſalua eſſe nõ poſſent. Videtis ne ſubito Iudices, virum fortiſſimum M. Fonteiũ parentis & ſororis commemoratione lachrymas profudiſſe? qui nunq̃ in acie pertimuerit: qui ſe armatus ſæpe in hoſtium manum multitudinemq́; immiſerit, cum in eiuſmodi periculis eadem ſe ſolatia ſuis relinquere arbitraretur, quæ ſuus pater ſibi reliquiſſet: idẽ nunc perturbato animo pertimeſcit, ne nõ modo ornamento & adiumento non ſit ſuis, ſed etiam cũ acerbiſſimo luctu dedecus ęternũ miſeris atq; ignominiam relinquat. O fortunam longe diſparem M. Fontei, ſi deligere potuiſſes, vt potius telis tibi Gallorũ q̃ periuriis intereũdũ eſſet: tum enim vitę ſocia virtus, mortis comes gloria fuiſſet. Nũc vero qui eſt dolor? victorię te atq; imperii pœnas ad eorũ arbitriũ ſufferre, qui aut victi armis ſunt, aut inuitiſſimi paruerunt? A quo periculo defendite Iudices ciuẽ fortem atq; innocentem: curate vt noſtris teſtibus plus q̃ alienigenis crediddiſſe videamini: plus ſaluti ciuiũ, q̃ hoſtiũ libidini conſuluiſſe, grauiorem duxiſſe eius obſecrationẽ quę veſtris ſacris pręſit, q̃ eorum audaciam, qui cũ omniũ ſacris delubriſq́; bella geſſerunt. Poſtremo proſpicite Iudices id quod ad dignitatem populi Ro. maxime pertinet, vt plus apud vos preces virginis Veſtalis, q̃ minæ Gallorum valuiſſe videantur.

Ne ignis ille æternus.) De Veſta eiuſq́; igni ꝑpetuo multa legere licet apud